Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

53. – 34.

DA-Box

LN 348
ex. 1
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

JOHANNIS AMERINI RIPENSIS

Carminum varij generis pars Prima.

Quorum catalogum verſa pagella indicabit.

VVITEBERGAE

Excudebant Clemens Schleich & Antonius Schöne.

M. D. LXXVI.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

In prima hac parte conti-nentur.

Elegiæ aliquot & Odæ diuerſæ ad amicos.

Epigrammata, Propemptica, & Epithalamia quædam.

Ecloga feſtiua de vltimo pacis fœdere inter potentiſsima Daniæ & Sueciæ regna inito. In qua ſimul belli duces & alij viri generoſi, celebrioresq; Danicæ nobilitatis familiæ, nec non præcipua bellicarum nauium nomina recenſentur.

Poſtremo Epitaphia nonnulla.

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

IN M. IOHANNIS AMERINI POEMATIS LIBRUM I.

Epigrammata amicorum.

QVI patriam repetens tanto ſplendore reducis
Tecum laurigeras ex Helicone Deas:
O Amerine mei cordis pars altera, quis non
Exoptet capiti laurea ſerta tuo?

Conſtantinus Roſapes nobilis
Ziriʒenſis patricius.

EXcellens animi motus, qui carmina fingit
Eſſe Deum oſtendit, motus & ille Dei eſt.
Ergò Deum celebrant autorem carmina Vatum,
Carmina quo Vates docta mouente ſonant.
Et quia iuſticia eſt ſua reddere cuiq; merenti,
Virtutem celebrans carmine iuſta facit.
Ergò vtrumq; tuo cum præſtes carmine IANE,
Dignus amore hominū dignus amore Dei es.
Hæc merces eſt vera, nihil ſunt laurea ſerta;
Non Muſa ex lauro ſed bonitate Dei eſt.

IOHAN. MAIOR D.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

ELEGIA
CONTINENS LAVDES CLARISSIMORVM
quorundam virorũ in inclyto Regno Daniæ, ad eundem ſcripta.

Conſueuêre ſuos Itali iactare Poëtas,
Magnaq́; de patrijs verba crepare Dijs.
Haud ſecus ac toto non ſit locus vllus in orbe
Qui magis Aonidum curet ametq́; chorum.
Deſine magnificos Romane tonare Cothurnos
Deſine, iudicio falleris ipſe tuo.
Nuper enim Latijs diſcedens Pallas ab oris,
Per vada cæruleum Baltica fecit iter.
Ac ſecum pariter Phœbum Phœbiq́; ſorores
Danica nauigio vexit ad arua ſuo.
Illic pieriam renouauit Apollo palæſtram
Illic Caſtaliæ ſtagna recluſit aquæ.
Forſan Ariſtophanes limis me territat hirquis,
Aut aliquis Luci me reprehendit anus.
Namq́; putant ſeptem frigus boreale Trionum,
Non benè Piërias poſſe fouere Deas:
Illorum toto quod aberret opinio cœlo
Hoc ſatis iſte ſua nunc docet arte liber.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Hoc ſatis illnſtres animæ, magniq́; Poëtæ
Quos tulit atq́; fouet Dania clara, probant.
An non quem patrij premit ingens ſarcina regni
Muſica NICCOLEOS Numina COSVS
Ipſe Meduſæos ab Apollinis ore liquores (amat?
Hauſit, ob id doctos ornat amatq́; viros.
Nobilis ingenio TYCHO BRAHE, nobilis ortu,
Non facit ad laudes Muſula noſtra tuas.
Ingens fatali cœlum metiris amuſsi
ATLAS tu noſtri temporis alter eris.
Nam perhibent Itali, ſimul & teſtantur Iberi,
Quod cœlum ingenio ſeruiat omne tuo.
Miror tàm calidum quòd frigida terra cerebrum
Procreet, in laudes quod trahit aſtra ſuas.
Si quoq; Pæonia laudamur in arte, Coronam
Iure SEVERINI PETRVS habere poteſt.
Huic Medico propriam Rex inuictiſsime, vitam
Concredis, tantã poſsidet arte fidem. (honorẽ
Nõ minor hocquoq; IANVS erit FRANCISCVS,
Cui duplicem Medicus contulit ipſe Deus.
Hic in odoratis adoleuit Apollinis vlnis,
Hic prope Gorgonij dormijt antra iugi.
Sic LÆTVM ſimili qui ſæcula ſuſcitat arte,
Sic laudo ingenium docte AMERINE tuum.
Nec reliquos recitabo viros, medicosq́; poëtas,
Per quos æternûm Dania nomen habet.
Hoc ego Romulidæ cum veſtra pace Quirites
Dico, nec à vera diſſona dico fide:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Dico quod Auſonijs non inueniantur in oris
Qui magis ingenio qui magis arte valent.

Phœbe diſerte nouas Parnaßi ex monte coronas
Affer, & elata pocula funde manu.
Illuſtres ſitiunt animæ, quas laudis ad arcem
Strenuus euexit, te præeunte, labor.
Ecce Meduſæi Phœbus ſacra flumina fontis
Haurit, ſed cui nunc porriget illa viro?
Docte AMERINE tibi tibi Apollo propinat,
Imponit capiti laurea ſerta tuo. (et idem
Et tibi fælices virgo Tritonia greſſus
Culmina Pierij monſtrat ad alta iugi.
Tu modo rumpe moras, nō terror & error eunti
Obſtat, habet paruus præmia magna labor.
Namq; olim (mihi ſic Phœbus dictauit in aurem)
Clarum Pæonia nomen ab arte geres.

M. SAMVEL POMARIVS
Magdeburgenſis. F.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

GENEROSO
ET MAGNIFICO NEC NON ERVDITIONE EXIMIA,

commemorabili munificentia, omniq; virtutum genere, atq; dignitate excellenti, ampliſsimo viro, *D. NICOLAO KAAS* de Torup: Sereniſsimi *FRIDERICI II.* Danorum Regis Cancellario fideliſsimo, & conſiliario intimo: venerabilisq; capituli Roskildenſis Prælato primario:

Domino ac Mecœnati ſuo omni deuotione colendiſsimo

S. D.

INter antiquiſsimos Græciæ principes, quorum memoriam grata poſteritas celebrauit, nobile inprimis & magnum eſt Bellerophontis nomen: qui virtutis laude, incredibili ſucceſſuum fœlicitate et rerum geſtarum magnitudine in eam opinionem homines induxit, vt non mortali ſanguine, ſed Neptuno patre genitus putaretur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Ferunt enim hunc accepto à Dijs Pegaſo equo alato, cum res alias præclarè fortiterq́ geſſiſſe, tum Chimæram monſtrum igniuomum domuiſſe, eoq́ merito regni Lyciæ partem obtinuiſſe: Pegaſum inſuper delatum fortè ad montem Bæotiæ Heliconem, vngula terram fodiſſe, ibiq́ fontem elicuiſſe limpidiſſimum, qui ex ea re Hippocrene, hoc eſt, equi fons appellatus eſt, atq́ exinde Muſis ſacer eſſe cœpit, vt quicumq́ de eo bibiſſet, diuina quadam ad ſcribendum vbertate & ingenij fœlicitate potiretur.

Significare haud dubiè voluerunt homines docti & ſapientes, diuinitus ei viro heroicam animi vim & acres impetus naturæ cõtigiſſe, vt magna celeritate ſublatis latrocinijs & deuictis hoſtibus pacem armis conſtitueret: eundemq́ excellenti ſapientia inſtructum fuiſſe ad pacis artes amplectendas: itaq́ & ſcholas inſtituiſſe ſeu collegia doctorum, & liberaliter hos aluiſſe, vt ab effera & agreſti vita conſuetudine ad manſuetiorem & mitiorem humanitatis cultum homines traducerentur.

Fuit

Fuit omnino hæc conſuetudo doctrinæ veteris, res bonas atq; vtiles fabularum inuoluere figmentis, vel vt venuſtate animos hominum allicerent, vel etiam vt rerum ipſarum quæ ſignificarentur magnitudinem per imagines huiuſmodi exaggerarent, & à contemtu poſteritatis vindicarent. Ita & hoc figmento eos quibus Reipub. adminiſtratio commendata eſt, grauiſsimè admoneri exiſtimo. Eſt enim inter ſumma et difficilima opera humana, gubernatio politica: itaq; ad eam diuina quædam & excellens virtus atq; ſapientia requiritur, quæ & pacem armis conſtituere ac tueri ſciat, & in pace artes vitæ neceſſarias foueat, diſcentium conatus adiuuet, habeat in honore doctos & prouehat, iisq; fontem munificentiæ ſuæ aperiat.

Hanc picturam præfigere huic meo opuſculo volui, Generoſe & ampliſsime D. Cancellarie, Mecœnas colendiſsime, quod eam & ab hoc argumento & à perſona eius, cuius patrocinium poëmati ſimul & poëtæ quæro, non alienam exiſti-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

marem. Tuam enim generoſitatem hac laude digniſsimam iudico, quod cum ſua & maiorum ſuorum præſtanti virtute & nobilitate, eximium animi fauorem & conſtantem beneficentiam erga bonas artes & literas ſemper coniunxerit. Idq́ue eo minus mirandum eſt, quod rectiſsimè ipſa de harum artium dignitate & neceſſario vſu iudicare poteſt, quarum excellentem cognitionem, longo & indefeſſo laboris ſtudio comparatam, experientia inſuper multiplici, quã ſibi partim peregrinationes ſuæ diuturnæ, partim grauiſsima illa perſona à rege potentiſsimo impoſita pepererunt, magna cum laude ſua & vtilitate ſaluteq́ue patriæ auxit & cumulauit. Vulgò dici ſolet, Marti non ſatis benè cum Muſis conuenire; nimirum ἄφρονι, ὅς οὔτινα οἶδε θέμιστα. *Nam quibus hominibus perpetuò cum armis equisq́ue & canibus res eſt, quid mirum ſi ijs ſordent humanitatis ſtudia? At Minerua, quam ſapientiæ Deam & regnorum pariter atq́ue doctrinæ præſidem fecerunt, amiciſsima*

Muſis

Muſis earumq́ patrona eſt. Ita omnibus ætatibus ſapientiſsimi gubernatores magnifecerunt & liberaliter fouerunt bonas artes & liberales diſciplinas. Tuam verò hac in parte excellentem virtutem, generoſe & Magnifice D. Cancellarie, mihi potiſsimum magna voce prædicandam puto: quod ipſe præ cæteris liberalitatis & beneficentiæ G: T: fructum indè vsq́ ab initio huius curriculi mei, quod in ſtudiorum atq́ doctrinarum ſpacijs ingreſſus ſum, munificum prorſus & eximium percepi. Quemadmodum autem Gratiarum ſimulacra apud Græcos olim ita ſcribunt collocari ſolita, vt conuerſo ad inuicem vultu ſe contuerentur & aſpicerent, mutuæ videlicet gratiæ & beneuolentiæ ſymbolum ſtatuentes: ita nos cum à præſtantibus in gubernatione viris benignè & ſerenis oculis aſpicimur, æquiſsimum eſt haud dubiè, vt grata virtutum prædicatione aliqua, beneficentiæ ipſorum reſpondeamus. Quanquam autem meritorum erga me G: T: ea magnitudo eſt, quæ non

iam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

iam vocem grati animi teſtem atq́ indicem, Sed mutuam aliquam remunerationem & re ipſa præſtitam compenſationem requirat: tamen cum nec mihi dandi poteſtatem fortuna conceſſerit, nec G: T: accipiendi à me beneficij locum reliquerit: nūc qualicūq́ hac ſcripti teſtificatione ſatisfactum interim officio fore putaui. Nam & nudas Gratias ijdem Græci finxere, vt innuerent & ſimplici candidoq́ animo dantis metienda beneficia, & reddenda pro facultate. In præſentia quidem nulla mihi præterquam poëmatis exigui ſuppetebat facultas: quod cum in publicum edere decreuiſſem, faciendum putaui vt clariſsimo nomini G: T: nuncuparem.

Etſi autem nequaquam ea in me vis eſt ingenij, vt dignum aliquid populi auribus & publica doctorum cēſuræ par proferri à me poſſe ſperem: nec labra fonte prolui Caballino: tamen minimè improbari poſſe ſpero ſtudium meum, quod amicos ſuauiſsimos optimeq́ meritos, quos in hac peregrinatione mea, viua voce non

poſſum,

poſſum, Thaliolæ appello miniſterio. Inter quos te tanquam eximium & perpetuum ſtudiorum meorum Mecœnatem in prima fronte nominare volui: ac humiliter à G: T: peto, vt qualecunq; officium ſeu ſpecimē grati animi benignè humaniterq́; ſuſcipiat, & me ſtudiaq́; mea ac bonas artes conſtanti patrocinio ſuo tueri & prouehere ne deſinat: ac cum huius munuſculi tenuitatem boni conſuluerit, quod facturam non diffido, præſtantiora in poſterum & vberiora à me expectet. Aeternus Deus, terq́; opt: max: Generoſitatem tuam longæuo ac florenti vitæ munere ornet, atq́; coronet miſericordia & beatitudine. Viteberga 7. Calend. Nouembris, quo die iuſta exequialia diui Maximiliani II. Romanorum Imperatoris manibus hîc ſoluta ſunt. Anno à ſalutifero virginis partu M. D. LXXVI.

Generoſitati & amplitud: T:
addictus & deditiſs.

Iohannes Laurentius
Amerinus R.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

AD SERENISSIMVM ET POTENTISSImum Fridericum Secundum Danorum Regem.

INCLYTA Daniacæ ſtirps & Rex maxime gentis,
Omina qui fauſto nomine fauſta refers.
Cuius & ipſa quidem non nominis omina fallunt
Teſtantur ſceptri fata ſecunda tuj.
Tempora pacifici cedant tibi priſca Frothonis,
Floruit vt patrius lege fideq́; ſtatus.
Tantaq́; VValdemari valeat fortuna potentis,
Qui fuit externis visq́; pauorq́; plagis.
His etenim regimen tantum fundauit & auxit
Aut labor, aut aſtus, vel violenta manus.
Sed tibi nil opus his Rex inuictiſsime, namq;
Virtuti cedunt omnia ſponte tuæ.
Hac igitur ſummos pergas ſuperare monarchas,
Aequare & diuum relligione patrem.
Ac benè de Muſis, facis vt, ſic perge mereri,
Tunc magis illuſtris, plusq́; ſecundus eris.
Nãq́; ſacras quicũq́; DEAS veneratur, & ornat,
Afficit hic ipſum laude, colitq́; DEVM:
Quiq́; DEVM colit, hũc fouet et beat ille viciſsim,
(Propitiũ ô quantũ eſt, regibus eſſe Iouem.)

Gratia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Gratia Muſarum nec vana eſt, illa perennes
Viuere poſt obitum, nam dat in orbe dies:
Atq; prius nomenuè tuum, laudesuè ſilere
Deſinat, aut meritum non memorare tuum:
Antè dabunt rigidæ vernantia lilia ſpinæ,
Ac fundet Paphias lenta geniſta roſas.
Priſcaq; vaneſcent Cimbrorum geſta tuorum,
Et ſitiet medijs Balthica Tethys aquis.
O mihi grandiloqui flueret ſi vena Maronis,
Aut ſtylus ingenij Naſo diſerte tuj.
Quam mea ſublimi volitaret voce Thalia,
Eſſet & in laudes officioſa tuas?
Pignora proq; tuo quàm ferret grata fauore
Quo fueras ſtudijs portus & aura meis:
Sed voluiſſe ſatis ſit nunc, vbi creuerit ætas,
Carmine vis forſan creſcat & ipſa mihi:
Iugiter intereà florentibus vtere fatis
Seu Martis tractes munia, ſiue togæ.
Deniq; Neſtoreos ſtabiliq; ſalute ſecundos
O Friderice precor viue ſecunde dies.

ILLVSTRISSIMO D. AVGVSTO PRINCIpi Electori, & Duci Saxoniæ.

AVGVSTVM ſuperæ germen originis,
Ac immenſa tui gloria ſeculi:
Non illuſtre magis ſiue potentius

Quicquam,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Quicquam, nobilium Martia Teutonum
Tellus quo videt; aut tota fidelius
Nunc vis imperij continet, aut magis
Auguſtum: Trepidos triſtis & orphana
Nutum quare oculos dirigit ad tuum.
Dulcem læta refert patria te patrem:
Te pax in niueis alma palatijs,
Vltrix in rigido te Nemeſis throno,
Nec non Cecropidum ſtrenua te Dea,
Et virtus auidos viuida poſt rogos
Iactant iurè ſuum: ſera perennibus
Nec te poſteritas tollere laudibus
Ceſſabit. Reliqui vos quoq; diſcite
Terrarum Domini quæſo, quid inclytos
Heroas, ſuperos euehat ad DEOS.

INCLYTÆ D. ANNÆ ELECTORISSAE SAXONIAE.

ANNA Danorum Decus, & voluptas
Saxonum, Regis ſoboles potentis
Et ſoror, nec non validi beatus
Principis ardor:
Non tuæ dias celebrare dotes
Mentis, aut tantæ ſpecioſa formæ
Dona præſumit, mea claudicanti
Muſula verſu.

His

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

His venuſtatem lepidæ ſtupendam
Namq; Swauildæ ſuperas, at illis
Daumarin (priſcis venerata multum
Nomina Danis.)
Noſtra prorcptat ſed humi Thalia,
Multa Maioris leuat aura Muſam,
Cuius æternos, tua laus, labore
Viuet in annos.
Vt tamen dulci patriæ pateſcat
Me tuum ſanctè coluiſſe numen,
Et magis, me mox reducem, benignis
Implicet vlnis:
Mente, quæ nuper, cape ſed ſerena,
Inter agreſtes cecini Napæas,
Atq; certamen volucrum, ſtrepentes
Albis ad vndas:
Totq; fœlices, benè ſalua, luces
Viue, quot vernos humus alma flores
Fundit, & glaucus bibulas Hydaſpes
Lambit arenas.

D. CHRISTIANO IVNIOri Saxoniæ Duci.

TEq; deſerens, ſalutat ô beate Muſula,
Non ſatis licet polita, Chriſtiane, Chartula:
Creſce, ſed DEO, tuæq; patriæ gratiſſimus,
Et parentes perge tantos æmulari laudibus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Non Adonis, aut Iulus tam ferebat ſplendida
Siue phryx puer, Tonantis cura, formæ munera,
Te velut mirè decorant: Ergò perge ſtrenuè,
Namq; virtus in venuſto plus niteſcit corpore.

D. NICOLAO KAAS, REgiæ Maieſtatis Cancellario primario.

VIR generoſe, tuis decus: intemerataq; Muſis
Gloria; ſed patriæ firma columna tuæ.
Te niſi legiferûm (quibus eſt data Dania) Regum
Enucleare tenet priſca ſtatuta, labor.
Regia ſupplicibus vel fers reſponſa papyris
Confirmans dubios ſpeq; metuq; viros.
Magnificæ ſiquidem res eſt miſerabilis aulæ
Sollicitum validas antè ſedere fores.
Aut vigiles agitas (poſitis ludiſq; iociſq;)
Cum Domino curas conſiliumq; meo.
Accipe non doctæ chartacea dona Thaliæ,
Accipe pro meritis vilia ſigna tuis.
Haud tamen ingratam tibi præſentantia mentem,
Diſpliceant animo ne, precor illa tuo.
Donec Apollinea mihi maior ab arte facultas,
Fulſerit & ſtudijs mitior hora meis.
Tunc ero celſa canens Helicone in vota vocato,
Stemmate materiam ſuppeditante tuo.
(Interea nobis rigidæ vitalia Parcæ
Rumpere fatali parcite fila manu.)

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Sed tua præcipuè conabor texere facta,
Nobilius per quæ gens tua nomen habet.
Quēis age, perge DEO, Regi, patriæq́; placere,
Cumq́; ſuis Clarium perge fouere Ducem.
Perge tua patriam virtute extendere famam,
Non deerunt meritis præmia digna pijs.
Namq́; animo viues cœlis, & laudibus orbe,
Numina dum cœlis, orbe moratur homo.

D. GEORGIO LYCKE DE
Aargordt, Equiti aurato, & Senatori Regni conſultiſsimo.

Nobile magnificum decus ac æterna Georgi
Gloria Lyckorum, quorum fortiſsima priſco
Tempore geſta, tuis renouas virtutibus, atq;
Viuere iam reliquas, facis & volitare, per oras:
Ne boreale ſuis, ea tandem clima pruinis
Obruat, aſsiduo quæ ſunt digniſsima ſeclo.
Et licet illorum laus, & perſtrenua facta,
Fine, modoq́; carent (dum non modò Marte potentes
Vi patrios tutantur agros, ſed & hoſtica fundūt
Agmina; quin etiam regem proceresq́; ſuperbis
Ferre iugum collis adigunt, qui Danica, rupto
Fœdere, ſceptra ſuis iuraſſent addere ſeptis,
Imperio patrias cúm rexit Margaris oras)
Attamen hæc aliena putas, quæcunq́; labores
Aut virtus peperit maiorum, ſorte beatos

 Succeſſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Succeſſus tribuente: tuum non faſcinat ergò
Vana fides animum, ſed ad amplum ſtirpis hono-
Ipſe tuũ propria virtute extendere nomen (rem
Adijcis; eſt teſtis tibi multos nota per annos
Gallia: fortis idem cum blandis Theuto Nauarris
Senſit, & obſtupuit Latium, Latius quoq́; Ponti-
fex, rutilo reſidens ſolio, ſublimius inter
Illuſtrem procerum cœtũ, inuictosq́; Monarchas,
Vidit & infremuit, plantasq́; pudore retraxit.
Deniq́; præſenti patriæ quot tempore præſtes
Commoda, conſilijs pollens, & Marte togaq́;
Integer, Aonijs ac quàm ſis fidus alumnis,
Noſtra ſtylo quondam maiore Thalia, fauente
Numinis auxilio, latum diffundet in orbem.

D. GEORGIO ROSENKRANTZ de Roſenholm Senatori Regni prudentiſſimo.

DAnicæ vir ô generoſe gentis
Laus, ab illuſtri patrius ſcaturit
Stirpe cui ſanguis, roſeum ſed indit
Nomina ſertum.
Quod per æternum, tua, marcidum ne
Defluat ſeclum, facit & meretur
Strenuè virtus, Heliconidisq́;
Gratia diui.
In iugis nam te trifidæ ſacratis
Phocidos doctis ita fouit vndis,

Calleas

Calleas quicquid ſonat, vt Pelaſgus
Quidq́; Latinus.
Hinc tuo prudens fluit ore ſermo,
Nobili tantæ quoq́; mente dotes,
Et uigor tantus dubio ferocis
Tempore Martis.
Myſticos ſummi famulos Tonantis
Subleuat largis tua dextra donis,
Nec nouenarum tenues Dearum
Spernis alumnos.
Ergò quot nomen, decus & roſarum,
Nota ſunt terris, tua tot vigebit
In plagis, ô vir generoſe cunctum
Fama per æuum.

D. IOHANNI SCHOVGORD de Gunneſtrup, Senatori regni eximio.

FLammeus aduerſi minimā tunc corporis vmbram
Sol ſpargit, vt ſummo poli
Ducit in axe rotas;
Illaq́; ſe riguum magis arbor flectit in hortum
Maiore quæ turgentia
Fœnore poma gerit.
Sic magis eximius quo quiſquam eſt, & generoſus,
Graui minus faſtu, & minus
Ambitione tumet.

Hoc equidem liquidis melior natura creatrix
Oſtendit in te, nobili
Laude, vir ample, modis.

NOBILI ET PRVDENTI VIro ERICO LYCKE de Sckousgordt, Regio in arce Ripenſi præſidi.

EST multum celebri primordia ducere ſtirpe,
Rebus & à geſtis maiorum laude potiri
Illuſtres inter proceres: longè tamen eſt plus
Conſpicuum propria nomen virtute mereri
Vi generoſa, & auitas laudes ritè tueri,
Stemmatis atq; decus magis augmentare: Quod
Lætatur natale ſolum, & teſtatur, abūdè (omne
(Vir ampliſsime) te præſtare, modisq; probaſſe
Cunctis, tunc cùm te Suetici ſenſere manipli
Hoſtica cumq; tuas virtutes illico claſsis
Extimuit, rutilum vibraſti quando minaci
Vexillum dextra, ſic fundere pulcrius eſſe
In pugna vitam, pro rege gregisq; ſalute,
Viuere quā longos ſtatuens ſine laudibus annos.
Ac tua ſi plures imitati exempla fuiſſent
Tunc iam tota iterum ſeruiret Gothia Danis.
Ergò manent laudes, & honos, nomenq; perenne
Totq; tibi à patria grates, tot rege fauores
Vix quot magniloqui memoraret Muſa Maronis.
Adde quod et doctus, quoq; quē venereris Apollo
Læticiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Læticiam prodit, parat & tibi nomen in æuum.
Et mea pro meritis extabit grata Thalia,
Accipiasq́ rogat placido hæc munuſcula vultu,
Tunc olim meliora feret, maioraq́ panget.

DE S. OLAO DANICAE CLASſis naui prætoria: Ad nobilem & ſtrenuum Virum D. PETRVM MVNCK Amiraldum Danicum.

Spumeus indomitum cernens Neptunus Olaum
Per freta veliuolo tendere vaſta gradu:
Obſtupuit, valido dextraq́ tridente repulſo,
Anxia mox ſoluit talibus ora ſonis.
Quid iuuat eſſe Deum, pelagi dominumq́ vocari
Cùm ſic imperij ius rapit ille mei?
Vdus ad hæc Triton viridi ſic infit ab ore,
Nuper ab Haffniaci nans ſtatione ſinus.
Duxerit ad ſocias in prælia quando carinas,
Ad ius, imperium præripit omne tuum.
Nam quis virtutes, victricis & obſecro PETRI
Neſcit ad hoc Muncki, robora tanta manus?
Sola tulit priſcis ſat regni, terra monarchis,
Nunc regit & terras, &, Fridericus aquas.

D. TYCHONI BRAHE Ottonidæ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

O rarũ patriæ decus, et decor inclyte Phœbj,
Nobile cui priſcis ſtemma ſcaturit auis:
Quod magis illuſtras radijs virtutis, & artis,
(Eſt, ſine quẽs, celſum dos aliena genus.)
Cuius Hyperboreis ita ſurgit nomen in oris,
Ut penetret reliquas laudis honore plagas:
Quin (modò pace tua liceat mihi vera faterj)
Pulſat Olympiacas & tua fama domos.
Dum varias rerum vires, quas ipſa recondit
Natura, ignicolæ prolicis arte Dei:
Undè ſalutiferi promuntur pharmaca ſuccj,
Ex quibus eſt ægris vita, pudorq́ue necj.
Et tamen haud tua ſic terris generoſa quieſcit
Mens, volat ad Superos ſed quoque ſæpè ſinus:
Undè quidem, cuius ſis, conſtat originis, omnes
Naturæ ſtimulant ſemina namque ſuæ.
Aethereis igitur curas dat mentibus Aether,
Terrea terrigenas ſollicitudo grauat.
O ſed quàm fauſta es tu conditione beatus,
Cui mens in vegeto corpore tanta viget.
Non vigili tantùm rutilantia lumina luſtrans
Sidera, Soliuagæ cunctaq́ue ſigna viæ:
Siue per Aethereos meteora vagantia tractus,
Signa vel aſtriferis prodigioſa plagis.
Sed quoque ſolerti ſcrutans indagine cauſas,
Atque ſecuturas orbe, poloq́ue vices.
Teſtis erit liquidè tua Contemplatio: fulſit
In cœlo trucibus fax noua quando minis.
Qualia

Qualia tunc etenim præſagijt omina, paßim
Erumpunt, præſens monſtrat & illa dies.
Vi ſed qui ſupera ſubiectum temperat orbem,
Vindictæ retrahat dira flagella ſuæ.
Ac tibi longæuæ concedat tempora vitæ
Munera, ſed ſtudijs otia grata tuis.
Vranie reliquos vt quæ ſacra celat alumnos,
Auſpicijs fiant porro retecta tuis.

AD D. BIORNONEM Kaas de Starupgordt, Senatorem regni integerrimum.

O Biorno veteris nobile ſtemmatis
Germen, magnificis quod tua dotibus
Virtus ſic decorat, ſis patrij vt tui
Immortalis honor ſoli.
Huius namq; ſtatus quod melioribus
Iam fatis vigeat, quis neget, & tuis
Deberi meritis, præcipuos quibus
Mirè inter procceres vales;
Mitis perplacidis pectora moribus
Nàm natura tibi temperat, & facit
A veſtro Siculi vita Cyclopis vt
Conſpectu procul exulet.
Dexter conſilijs, eloquio grauis,
Et fidus Domino, Marteq; ſtrenuus,
Muſis propitius, ſemper & integræ
Quàm ſis iuſticiæ tenax.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Maior Caſtaliȷ́ ſi mihi copia
Quandò fontis erit, noſtraq́ mitius
Fatum Melpomene ſenſerit, ô ſtylo
Quàm fido memorabitur.
Cunctis Omniregens quem colis actibus,
Longæuæ interea munere proſpero
Vitæ te decoret: nobilis vt tua
Per te ſtirps magè floreat.

NOBILI ET PERSTRENVO *Viro* D. IOANNI KAAS.

Qui tuas dignè celebrare laudes,
Tanta vel cæptet memorare geſta,
Hæſitat multùm, generoſe noſtra
Muſa Ioannes:
Hæc, enim nudas Heliconis vmbras
Vidit, & nullas bibit amne lymphas
Caſtalis, virtus tua ſed lepore eſt
Digna Maronis.
At Paleſtinas magè ſi fauentes
Senſero diuas, magis & benignam
Videro ſortem, tamen haud agreſti
Voce ſonabo,
In plagis quicquid patrijs, in oris
Et peregrinis, tua dextra duri
Caſtra dum Martis ſequeris, ſecundis
Geſſerit armis.

Es quibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Es quibus ſummo reliquis ſtupori
Gentibus, fortis patriæ poteſtas,
Ut decus præſtans, placido beatæ
Tempore pacis.

D. PETRO BILDE DE SVANholm, Senatori regni eximio.

INgens nobilium Petre decus, celſaq; gloria
Bildorum, rutili tam generoſæ radij micant
Cuius mentis, vt omnem patriã lumine repleant
Virtutum: Pylios exige, ſed ſaluus & optimæ in
Sortis flore dies: ac facis vt, ſic quoq; poſtmodò
Doctũ perge chorum quẽ ſacra Phœbi ſtimulant
Sub patrocinio ferre, fouere et: Tua laudibus (tuo
Viuent tunc geminis nomina, dum cingitur incly-
(Tantum Muſa poteſt) Dania fluctibus. (ta

NOBILISSIMO ET EGREGIO Viro D. PETRO GYLDENSTIERN de Thym.

LVxus, opes, validæ perſtrenua dextræ pote-
Decusq; formæ diſperit repentè. (ſtas,
Unica poſt cineres, virtus facit absq; fine claros
Heroas in terris, poloq; beatos:
Noſtra decus veræ tibi nobilitatis, ergò Muſa,
Celebrius nomenq; gratulatur:

Sollicitaq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Sollicitatq́; Deum precibus, ſinat vt vigere Danis
Superſtitem te Neſtoris per annos.

DN: CHRISTOPHORO VVALCKENDROP de Glorup Quæſtori Regio.

O qui nobilior tuæ
Stirpis flos: Clarij, ceu decus inclytum,
Sic fautor ſimul es, Chori.
Paruum Pierijs accipe de iugis
Nunc ramum, modicas ſacro
Et lymphas age ne deſpice, Caſtalis
Quas de fonte Thaliola
Præſenti potuit noſtra tibi vice
Saltem ferre; fauentia
Verum numina ſi plus Heliconidum
Vnquam ſenſerit, & magis
Sortem propitiam, quam tua nobili
Se ſublimibus impetu
Virtus efferat alis, magè proſequar.

D. ARVIDIO HVITFELT DE Lillö, Secretario Regio.

ARuidi, tribuit cui vetuſta
Stirpem nobilitas: celebre virtus
Sed nomen: decus atq́; dignitatem

Plenum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Plenum Palladio liquore pectus,
Multarum, varijs modisq́;, rerum
Mens experta; tibi lucrata (clari
Claro Nicolei trahente Kaaſi
Exemplo) penetras procul remotas
Tot (Chriſto duce) quando nationes.
Qua dignas ratione ferre grates,
Quo vel pro meritis tibi placere
Pacto conſtituam, latet profectò.
Senſi ſic operam mihi fidelem,
Conſpexiq́; tuam fidem paratam,
Ut vobis mea vota ſunt aperta.
Ergo cùm niueæ tot ampla mentis
Non ceſſas dare ſigna: quæſo mirum
Cui fiet, tua candide nitere
Tunc inſignia, nomen &, colore?
Nam præfert ita ſæpè nomen omen.
Sed porrò integritate perge Kaâſum
Nec non laude ſequi: velut decori
Es Muſis modò, gratiorq́; Regi:
Tunc fies populo magis colendus,
Aruidi, tribuit cui vetuſta
Stirpem nobilitas, decusq́; virtus.

D. ERICO RVD, DE FVGEL-
ſang, Senatori regni, & præſidi re-
gio in arce Alburgenſi.

Donec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

DOnec erit rapidis Alburgia cincta procellis,
Et lepida celeres voce querentur aues:
Vir generoſe, tuum florebit nomen, idamplis
Cum meritis virtus aſſerit ipſa, tibi.
Te trepidant acres cũ Mars furit efferus hoſtes,
Te placido cuncti tempore pacis amant.

D. STENONI BILDE DE Vvandaas.

NObilem priſcis ab auis honorem
Qui geris, Phœbi ſed ab arte doctum
Pectus, & ſemper celebranda claris
Nomina factis.
Quæ rudis vili modo Muſa verſu
Deſtinat miti cape mente, digna
Plus, tuis donec meritis licebit
Pignora ferre.

AD D. IACOBVM HVITFELDT de Beritzgerd.

NVper vt Auſonijs remeares ſaluus ab oris,
Nõ modò ſunt tribubus gaudia capta tuis:
Tota ſed & lætum geminauit patria geſtum,
Quin & in Aonijs plauſit Apollo iugis.
Plurima perſoluit votiui pondera doni,
Subridens roſeis & tua nympha genis.

Nec

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Nec mea ſe potuit cohibere Thaliola, vilj
Lætitiæ quin hæc carmine ſigna daret.
Hoc etenim virtus tua flagitat, atq; ſerenus
Candor in Actiaci caſtra, gregemq; Ducis.
Quod liquida mihi iam pridem ratione probaſti
Lipſica magnificas Vrbs vbi iactat opes.
Ac equidem ſi ſtirps, virtus, ac Palladis artes
Integrius quemquam nobilitare queunt:
Quis dubitat veræ te nobilitatis alumnum?
Hæc cui conſpicuis ſunt cumulata modis.

D. IACOBO VVIND, ARCHIſcribæ in Cancellaria Danica, atq; Canonico Ripenſi & Roskildenſi.

SVmmo quidem res eſt Deo gratiſſima,
Emergit vt claris homo virtutibus,
Iiſq; ſternit ad, ſibi, laudes viam,
Potentibus fit atq; gratus Regibus,
Suumq; ſic genus facit celebrius.
Magis tamen placet benigno numini,
Qui non ſuis vnquàm datis abutitur
Vel ad ſui damnum, dolumue proximi:
(Quum quod tamen DEVS cuiquam deſtinat
Id haud valent vel impedire Dæmones,
Auferre ſeu quiſquam poteſt mortalium)
Diuinitatis aut in iracundiam:
Nam quos DEI fauor prius ſic extulit
Vindex veris furor modis tunc deprimit,

Velut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Velut docent exempla nos frequentia.
Sed cùm loci iam ſis ad illius ſtatum
Euectus & tu, cum voles, vt plurimis
Nocere poßis, & beare plurimos:
Te per genus tuum precabor nobile,
Tuamq; per fidem, neceßitudinem
Nec non eam, ſimulq; per communia
Primis ab annis litterarum fœdera,
Quæ nos reuinxerunt, mihi ne deſinas
Fauere, fortunam mihi non inuidens.

D. ANDREAE ET D. VVILHELMO DRESSELBERGICIS fratribus de VVonſerup.

O Veſtri decus & gloria ſtemmatis
Cunctorumq; potens Dania, nobile
Exemplum iuuenum, quotquot habet: Quibus
Prælucere quidem vos facit eruta
Solers Palladio fonte ſcientia:
Virtus cui comes eſt inclyta, ſed nitens
Hanc laus ſubſequitur, perpetuos viris
Duratura dies, ritè merentibus.
Fidis vos igitur pergite cordibus
Commiſſa à Domino, Regeq; munia
Tractando: Solitis ac Heliconidum
Cultores, animis pergite candidè
Complecti, meritis præmia namq; nec

Aut

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Aut veſtris deerunt digna laboribus.
Sed ſicut rutilo Tyndaridæ polo
Fratres ſunt decori, cætera fulgido
Inter conſpicui ſidera lumine:
Oris in patrijs ſic quoq; poſtmodò
Inter magnificos vos radiabitis
Præluſtris proceres laudis honoribus.

ERICO LANGE
de Engelsholm.

AVt tua felicem genium diſponere fata
Propitiumúe tibi numen adeſſe rear?
Omnia quandoquidem vitæ, ſtudijq;, ſtatusq;
Iugiter euentu proſperiore fluunt?
Multa quid enumerem? ſatis id pro teſte ſit vnum
Quod rabidam poteras anticipare necem:
Liliger immerita ne te quoq; cæde Tyrannus
Mactaret, Chriſto cùm fera bella mouet.
Is ſed Auernales modò præcipitatus ad vmbras,
Cum quibus atra gerat prælia ſemper habet.
Gratia cœlituum regi, diſcrimine tanto
Qui te præripuit, reſtituitq; tuis.
Nunc vbi nobilibus Patrem virtutibus æquas,
Esq; nitens Phœbi laus, genetricis amor.
Ergo ferox acri valeat cum Teutone Gallus,
Tu quibus haud hoſpes porrò futurus eris.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

ANDREAE HOLCH, IOHANNI BROCHENHVS, ET ABSOLONI IVLL.

CLara celſorum ſoboles parentum,
Stirpis decusq́; nobilis;
Quos, ſacris Phœbi modò derelictis,
Delectat aula, Regij
Detinent nutus, vbi ſic fideli
Manu ſubitis munia,
Omnibus prompti: Dominum fauore,
Vos vt amplecti plurimo
Sit palàm, Veſtros & ei labores,
Benignius rependere
(Nam manu larga valet) eſſe curæ·
Lucrentur hoc quin maximè
Docta Diuarum ex Helicone dona,
Vobis, precor quis ambiget?
Non enim tantùm decus hæc celebre
Firmamq́; dant prudentiam:
Undè plus fulget genus, atq́; nomen
Paratur indelebile.
Sed ſimul magnis faciunt Monarchis
Placere, ditior fluit
Undè ſors: quin conciliant benignum
Summi fauorem numinis.
Ergo pro tantis meritis viciſsim
Decet referre gratiam:

Idq́;

Idq; non gemmis,rutili vel auri
Donis,ſibi probarier
Flagitant Diuæ, quibus hæc redundant
Hæc ipſa vobis commoda:
Sed frequens vt ſe redametis, atq;
Fide colatis integra,
Hinc ſuis ſemper faueatis, ipſæ
Vos obſecrant, cultoribus.

DE GENEROSIS ET STRE- nua virtute eximijs, D: Nicolao, D: Biornone, & Dn: Ioanne Kaâs, fratribus.

Germanis certant trinis tria numina,ſed qui
Nobile Daniaco ſanguine ſtemma trahũt.
Iactitat armipotens ſe Mauors laude Ioannis,
Qua validos inter ſic nitet ille Duces.
Comis Atlantiacæ ſoboles Biornone ſuperbit,
Cui lepor arguto mirus ab ore fluit:
At ſacra, Nicolai virtute Minerua triumphat,
Tempore qua belli tàm viget, atq; togæ.

IN NATALEM DOMINI NO- ſtri Ieſu Chriſti, ad prudentiſsimum & ampliſsimum inclytæ Hambur- gæ Senatum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

EN dies nobis rediȷt ſacratus,
Quo Palæſtina genitus puella
Eſt DEVS, maſſam fragileſq; noſtros
Induit artus.
Nos vt ex illo traheret reatu,
Culpa quem primi meruit parentis,
Et redundabat miſeros in omnes
Iure nepotes.
Ne ſed imo nos Acheron abyſſo
Mergeret, celſo DEVS ipſe cælo
Labitur, puræ penetratq; caſtam
Virginis aluum.
Naſcitur membris adeò tenellis,
Ore vagitum tenero ſonabat,
Nos vt amiſſi faceret fauoris
Robore grandes.
Pertulit fœni ſtipulis iacere,
Faſciȷs arctis quoq; colligari,
Stringerent ne nos violenta diræ
Vincla Gehennæ.
Antè rudentes ſitus eſt aſellos,
Atq; taurino medio in tumultu,
Peruio ventis ſtabulo, truciq;
Grandine fœdo.
Flammeo ne nos Stygis in barathro
Inter horrendos Sathanæ boatus
Eiularemus, miſera frequentes
Voce querelas.
Deniq;

Deniq; vltricem patris hac furorem
Suſtulit prorſus ratione, Noſq;
In thronum ſacri meritis beatum
Vexit Olympi.

Ergò condignas modulemur omnes
Gratias imis animi medullis,
Atq; feſtiuo celebremus amplas
Carmine laudes.

Atq; cum cœtu decet angelorum,
Qui plagas dulci ſuperas repleuit
Iubilo, tales ſociare cuncto
Tempore voces:

Laus in excelſis, & honor perennis
Sit Deo, terræ ſed in orbe, firma
Pax ſit humano generi, benigna
Sitq; voluntas.

D. DOCTORI PAVLO MATthiæ Archiepiſcopo Selandico digniſſimo.

O perennis myſticorum
Quotquot ambit inclyta
Finibus paßim, virorum
Laus caputq;, Dania:
Quem ſcatentem tot beatis
Præſul ipſe cœlitum

 Dotibus

Dotibus, ſic dignitatis
Vexit ad faſtigium.
Eſt ſacro cuius labori
Imputandum, Danicæ
Quot ſtatu nunc tutiori
Floreant Eccleſiæ.
Cuius & vigent honeſtæ
Ex fauore, plurima
Liberaliter Camœnæ
Sentiuntq́ꝫ commoda.
Dante conualent dolentes
Læta te ſolatia,
Larga viuunt ac egentes
Dante te leuamina.
Orphanorum te patronum
Mœſta turba percipit,
Ac aſylum, quos Thraſonum
Vis iniqua ſupprimit.
Te nec ob ſortis fauorem
Inflat inſolentia
Sternit ob ſortis rigorem
Nulla diffidentia.
Sed tibi pertractat iſta
Sana conſcientia,
Atq́ꝫ ſimplicitate miſta
Temperat prudentia.
Viue ſed perquàm beatus
Viue Præſul, plurima

Patriæ

Patriæ Deoq́ gratus
Et vale per ſecula.

D. DOCTORI PETRO SEVERI-*no Ripenſi, Regiæ Maieſtatis Archiatro.*

De obitu Doctoris Ioh: Pratenſis.

ARctoi rutilum Climatis ô iubar,
Et florens veteris gloria Cimbriæ,
Quem Phœbus ſtupet ipſe,
Quem trux horret & Atropos.
Ah quæ te tenuit, quæ tenuit plaga?
Quæ te proh habuit cura? tuus cadit
Heu cùm fidus Achates,
Et Phœbi decus inclytum:
Nam ſi Palladijs Hafnia nobilis
Et fœcunda viris, te quoq́ tunc ſui
Celſa Regis in arce
Spectaſſet, vel in intima
Doctorum ſerie: Non mala Cherio
Impreſſu, rigido iure nec Atropos,
Aut quicquàm valuiſſet
Mortis dira potentia.
Omnes lethifici, ſed tua, numinis
Vires, morbificis cum mineris, manus
Et diuina fugaſſet
In te quæ Cherubin viget.

 Sic

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Sic virtute tua conſpicit à necis
Sæuis innumeros faucibus erutos
Vdis Rhenus ocellis,
Lento cumq; Arari Padus.
Sic ex arte tua Balthica nunc ſuum
Cui Parcæ, Dominum, ſtamina ruperant
Tethys, iure triumphat
Vitam ducere ſoſpitem.
Hinc eſt inuidia quod furit improba,
Irarumq; feris fluctuat æſtibus
Mors, & tanta viciſſim
Vobis intulit heu mala.
Et ſic in Dominum quæ nequijt tuum
Dilectum in ſocium torſit, & id quidem
Non vi, ſed rabioſa
Proh fraudis violentia.
Hæc ſecum : procul en, nunc agit, is mej
Ingens imperij ſpretor, & impiger
Præceptor ſpoliorum
Euerſorq; potentiæ.
Cuius tanta vigent ad freta Balticæ
Laus & facta plagæ, Niliacas ſacri
Quanta Hermetis ad vndas
Quondam gloria floruit.
Et cui, ſi quoq; nunc ſtamina duceret,
Raymundus meritò cederet, & Geber,
Magnus quem Paracelſus
Sentiret ſibi comparem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Tardas ergò decet rumpere iam moras,
Nunc & nunc validis eſt opus auſibus,
Si noſtris erit vnquàm
Conſultum benè commodis.
Hoc præſente minus, quod licet, id libet
Nunc tentare, queat experiar meæ
Huius quid in Achatem
Et noſtrum opprobrium, manus.
Nam dum longa ſino carpere Balſama
Hunc vitæ, gemino cùm mihi numine
Sunt certamina: Soli
Haud obſiſtere quum queam:
Quod, ſed fortè ſuper ne veniat, ſuum
Saluandum ad ſocium, Namq; quid aurea
Eheu non Sophia, vel
Fulgenti Stybio poteſt?
Tincturas referam quid tot? & entheas
Cum Mannis Mumias? auxiliare vel
Laudanum? validumue
Azoth perniciem in meam?
Hæc & plura, truci murmure ruminans,
Lethali ſaturat ſpicula toxico,
Inſons atq; volucri
Pectus cuſpide perforat.
Læſum demotino funere mergitur
Corpus: ſed volat ad mens Anyadei
Sedes ipſa beatas,
Quo rurſus ſociabimur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Ergò cara pijs Patria fletibus
O iam pone modum: Docteq; patriæ
Firmum Petre ſolamen
Spe ſuſpiria tempera.

M. IOHANNI LAGONIO Epiſcopo Ripenſi.

O inter venerabiles
Vir ampliſsime præſules,
Quotquot bellipotens habet
Æuo Cimbria noſtro.
Cui poſtquàm patriæ ſacrum
Eſt vrbis regimen datum,
Priſco cuncta vigent ſtatu,
Sanæ relligionis.
Laus eſt non etenim minor
Huius, qui benè protegit
Rem, quam cuius erat prius
Duro parta labore.
Ergò, quæ peperit pius
Tauſani labor, & ſacra
Spretis cura periculis
Porrò perge tueri.
Tunc is, ceu meritus ſuæ
Dici iure Lutherus eſt
Gentis, ſic eris alter &
Tu Tauſanus: vt hæres

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Et ſucceſſor es: æmulus
Virtute ac meritis vt &
Eius ſis, tua ſupplicat
Summis patria votis.

D. DOCTORI IOHANNI FRANCISCO Ripenſi.

ILluſtris ô qui non modò gloria
Phœbi, beatus ſed ſimul æmulus
(Et iure) maieſtatis eius
Per varias celebraris oras.
Nam ſæua diri damna leuant tuæ
Languoris artes: morbiferis manu
Cauſis ſalutari fugatis,
Viuere das pylios in annos.
Hinc ex polito carmina pectore
Tam culta fundis, tam quoq; ſuauia
Vt cum noueno dux ſtupeſcat
Ipſe choro, tribuatq; laurum.
Quin & canoræ dulcifluam chelys
Vim tàm potenti ſollicitas manu,
Vt mulceas miré trahasq;
Terrigenûm ſuperûmq; ſenſus.
Miretur ergò, quis rogo, ſi ſuum
Te chara Phœbum patria iactitet:
Cum ſic medendi, carminumq;,
Atq; chelys vigeas in arte?

M. GEOR-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

M. GEORGIO BORNHOLMIO Epiſcopo Vuenſalico.

O te cunctipotens ſua
Hoc mundi miſero tempore, dextra
Grandæuiq́ tuo ſic ſenio fulciat & beet:
Quàm permanſeris in tui
Excelſo officij munere, numini,
Pupillis, & alumnis Clarijs, fidus & vtilis.

AD IOHANNEM FANINgum Conſulem Ripenſem primarium.

Sit mihi fas (nec .n. ſtimulor Gnathonis ab arte
Nec moror inuidiæ fulmina) vera loqui:
Vera loqui quin me dulciſsima patria cogit,
Quæ fert ex meritis commoda multa tuis:
Namq́ ſtatu quod res meliori publica floret,
Tutior & tractat munia quiſq́ ſua:
Quod quoq́ legitimis, procedant iura ſtatutis,
Omnibus inq́, decens ordo, modusq́ viget.
Hoc tibi ſe gratis animis debere fatetur,
Certat & arbitrio poſſe placere tuo.
Nomine, crede, tuo quin eſſe ſuperba videtur,
Namq́ tuas laudes iactitat eſſe ſuas.
Ergò alijs meritò ſe non præferre veretur
Vrbibus, armipotens Cimbria quotquot habet.

Nunc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Nunc quàm difficiles geſtit narrare labores
Pertuleris, feruor cùm iuuenilis erat:
Ut patriam linquens Mauortia caſtra frequentãs,
Atq; ſequens Aquilas, Carole quinte, tuas.
Nunc quam perſtiteris Regiq́; Duciq́; fidelis,
Cùm graue Daniacos Schiſma feriret agros.
Nunc etiam pelagus tua dùm ſecat omne carina,
Te iactant rapido quanta pericla ſalo.
Deniq́; iam viridis venerandus laude ſenectæ
Cui maiora tamen robora mente vigent.
Pectore prudenti iuſtisq́; pijsq́; vacando
Multiplicem virtus quam tua præſtat opem.
Et quoniam hanc adeò varia experientia firmat
Plus valet, atq; vetat nomen obire tuum.
Ergo Faninge vale felix in Neſtoris annos,
Commiſsiq́; mane laus columenq́; gregis:
Hæc tibi ſic cecinit Patriæ mea nomine Muſa,
Perge inter charos me reputare tuos.

M. IOANNI VVIBERGIO Archidiacono Capituli Ripenſis.

TE iure compellare nec verebitur,
Inter honoratos noſtra Thalia viros.
Meretur hoc in me voluntas nam tua,
Fidaq́; magnificis mens ſtipulata modis.
Affinitatis quin & id ius flagitat,
Altera, qua magè vix eſſe propinqua poteſt.

Tu cuius

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Tu cuius es fauente, cauſa, numine
Perficiat cœptum ſed Deus ipſe ſuum,
Sed de Dei nil ambigo clementia,
Euarient animum tempora nulla tuum.
Virtute ſed velut, vigesq́ꝫ Palladis
Artibus, & cenſus diuite ſorte vales:
Verendus annis, esq́ꝫ dignitatibus
Conſpicuus, ſtabili ſis quoq́ꝫ quæſo, fide.
Muſæ celebrior veheris tunc meæ
Longa per, ingenio, ſecla labore: Vale.

M. IOHANNI SVANINGIO Decano Ripenſi.

INter præcipuos meis fauentes
O vir conſpicua fide, Camœnis.
Cui nomen peperit celebre virtus,
Sed laudem, decus & perenne, pectus
Fœcundum varijs ſcientiarum
Plantis, quæ quoniam ſacri rigantur
Multo Caſtalij liquore fontis,
Plus florent, & abundiore fundunt
Prouentu, lepidos ſubindè fructus,
Fragranti patrias odore terras
Replentes: potis eſt ſopire quem non
Aetas poſteritatis vlla, virus
Mendacis violare, vel mephitis.
Cur non per reliquas ſimul, (quid obſtat)

Sincero

Sincero penetrat vigore gentes,
Quas inter vomuit calumniarum
Tot ſordes, Gothicus putri Bonaſus
Ex rictu, ruit vnde virulenta
Fœtorum rabies, ſalubrioris
A nullo toleranda quippè ſenſus.
Ergò rumpe moras, tuus quid hortus
Aduerſus tetricum mali venenum
Fœtoris ferat, vt queat per oras
Noſci fac alias: id ipſa læſæ
Cum votis, patriæ iubet voluntas.
Et mox, ne dubita, peribit iſte
Fictorum Sycophanta quicquid vſquam
Monſtrorum, vel olentiæ, reliquit.
Nam vis nulla quidem, tenet, vel aſtus
Mendacis ſtabiles proteruitatis
Succeſſus, vbi veritas, fideſq;
(Quæ multum licet & diu premuntur
Non vnquam tamen opprimuntur) vltrà
Affligi renuunt: Sed ex nefandis
Erumpunt tenebris, manus iniquos
Vltrices ſimul exerunt in hoſtes.

M. CASPARO MVLE CAPITV-
li Ripenſis Præpoſito.

AVreum celſo quoties ab axe
Apricus iubar exerit

Cynthius,

Cynthius, veſtri toties recurrit
Prædulcis mihi mentio
Id tuus poſcit fauor, & meretur
In me plurima candidæ
Signa mentis: Queîs Heliconis omnes
Cultores etiam ſoles
Proſequi: quantus, liquet vndè, cultor
Eius numinis ipſe ſis.
Namq; Cyrrhæas benè noſſe Diuas
Et doctum Clarij Ducem,
Pectus haud tantum varia vigere
Reddit quippe ſcientia:
Quin & in mores penetrans, ſcientes
Humanos facit & probos:
Vndè magnatum fauor, & minorum
Obſeruantia profluit:
Ipſius creſcit ſimul hoc ſupremi
Pacto gratia numinis.
Id tamen ſi ſic neget eſſe quiſquam
Huic te protinus occinam:
Hæc ne prædictos peperêre fructus
Et raram tibi gloriam?
Hæc ne Doctorem ſtatuêre quondam
Prolis te quoq; Regiæ?
Hæ ne Prælatum modò dignitatis
Et ſortis venerabilem
Do:e te reddunt? age, ſed tueri
Hæc in, pergito, poſterum:
Tunc

Tunc tuæ ſummus ſuperaddet annos
Fortunæ Pylios DEUS.

D. CHRISTIANO LANGE Cantori Capituli Ripenſis.

NEc tu meæ Thaliolæ ſileberis
O Chriſtiane, te licet dignè minus,
Minusq; commodè, petat forſan ſuis
Donarijs: nam prædicaris ſtrenuus
Cyrrhæi alumnos inter, & tu, numinis.
Hinc functionis te frequens quod obruit
Moles: etenim ſuam locat qui pluribus
Operam, diu vacare neſcit vnico:
Quæ fert tamen, lubens, precatur ſuſcipe,
Qui ruſticas quidem colonum chartulas
Non ſæpè faſtidis, ab inclyti manum
Cultore Phœbi ne retorque: Candida
Quin mente, ſinceroq; corde in omnibus
Fauere cœpia, tunc tibi poſthac meæ
Præſtantiora Muſulæ nec pignora,
Nec vlla ceſſabit viciſſim gratia.

M. IACOBO MATTHIADAE VVielleio, Paſtori Ripenſi primario.

VIgil triformis, myſtici
Ouilis, ô paſtor DEI

Concreditum gregem ſacro
Fouens ſalutis pabulo:
Cuius fideli germina
Plantaueras induſtria,
Tua Liceum cùm meæ
Cura vigeret patriæ:
His absq; nulla proſperum
Putans ſtudia ferre exitum
Cunctas ſed artes, omnibus
Sordere cum virtutibus.
Dei timor firmiſsimæ
Fons eſt enim prudentiæ,
Ad quem patet rectiſsima
Ductore te, nobis via.
Et ſi quid eſt valentiæ
Virtutis, aut ſcientiæ
In litteris mihi, tuæ
Debetur id ſolertiæ.
Quod doctus hinc induſtrij
Labor poliuit Loßij,
Quin & quod inter intimos
Is cenſeat ſic me ſuos.
Hinc & ſuæ quod Attica
Senſit Paleſtræ Lipſia
Maiori alumnum me ſacras
Niſu ſequentem Heliconidas.
Totius imò quod meæ
Vitæ, ſalutis, Muſulæ

Status,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Status, beatioribus
Profluxerit ſucceßibus:
Quis ambiget fidelibus
Id omne te fauoribus
Egiſſe? dum ſalubria
Conſultus adiuuamina
Fers, vt mihi nutantibus
Mens fluctuabat actibus,
Muſamq́ callis inſciam
Planam reducis in viam.
Quid ergo tot pro ſplendidis
Reddam vicißim commodis,
Laudesuè pro laboribus
Aut gratias honoribus?
Nullus queat quùm debita
Vnquàm referre præmia
Vel improbis parentibus,
Quis digna præceptoribus
Fidelibus θρεπτήρια
Rependat? Ergo tàm pia
Qui facta cernit, optimi
Hoc conferet ſalarij
His, quod ſolet, qui viuidis
Cœlum decorant ſurculis,
Et ſubditæ valentia
Terræ locant fundamina.
Sed interim tamen mea
Non deſinet Camœnula

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Pro viribus, digniſsimis
Te proſequi præconijs.

M. THOMAE CHANVTIO
Canonico Ripenſi.

SI Deus hunc erga, maiorem nutrit amorem,
Mole ærumnarum quem grauiore premit:
Quis te dilectum Domino dubitabit, & illo
Ex numero, tecta queîs ratione fauet?
Et licet à teneris multum te corripit annis,
Adijcit & canis iam mala plura tuis:
Attamen infracta toleras ſic omnia mente,
Ut ſacer ærumnas Iob tulit antè ſuas.
Huic igitur pia quos peperit patientia fructus,
Non deerunt vitæ, tu modò fide, tuæ.
Eximiæ quamuis per triſtia funera prolis,
Concidit heu ſenij lux columenq́; tui.
Viuit & æternùm regnat tamen, vnde leuamen,
Auxiliumq́; tibi profluet omne, DEVS.

M. CHRISTOPHORO KNOOF
Aulæ regiæ concionatori.

A Vetuſtis qui Boruſsis,
Clare vir, trahis beatum
Sanguinis primordium

Nomen

Nomen à Chriſto ſed ipſo,
Quem fideliter potentem
Ante regem baiulas:
Perge Chriſto, perge Regi
Sic placere, ſic fauere
Perge alumnis Palladoſ:
Danicis in maior oris
Tunc tuæ per omne genti
Laus vigebis, ſeculum.

D. NICOLAO KAAS,
Cancellario.

Aureum quo me tua ſponte donum
Largitas nuper decorauit, antè
(Summe Mecœnas) mea, cum ſalute
Siſtitur ora:
Hic vbi glaucus, tibi non latentes
Leucoris campos rigat Albis: vnde
Plus tuus fulget fauor, atq; noſtri
Prodis amorem.
Qua ſed ò dignas tibi voce grates,
Aut quibus tandem meritis viciſſim
Ferre conabor, ſatis ampla tantis
Præmia factis?
Haud ſcio: ſed ſi tamen ipſe vaſti
Arbiter mundi velit, & ſecunda
Sors ferat, noſtris liceat vel vllo
Tempore Muſis:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Non tuam certaſſe priore mentem
Copia tanti meriti pigebit,
Teſtor id Phœbi, ſacra teſtor alti
Numina cœli.
In meo, verùm monumenta veſtræ
Mentis & doni, digito micabit,
Idq́ȝ vitales mea dùm fouebunt
Pectora flammæ.

M. NICOLAO LAVRENTIO fratri ſuo, & Profeſſori Haffnienſi.

Sunt ſcio qui fauentes
Inuident diuos (modo quos Muſa ſileſce) nobis:
Intumeant at vſqȝ
Fœda rumpantur rabie viſcera; ſed benigni
Facta DEI, malignis
Fortè ſi nolint oculis intereà tueri,
Conſilium propino
Eruant hos vt ſibi iam protinus, & valebunt.
Credita ſed fideli
Chare frater, munera nos ſedulitate, ſpreto
Quid ſycophanta monſtri
Exequamur, prouomitet: morbificante morſu
Inuidiæ, bonorum
Sæpè quamuis febricitat nomen, at haud necatur.

M. GEORGIO LAVRENTIO fratri ſuo, & Paſtori Thiſtadienſi.

Dilecte ſi Georgi,
Fraterna quid valerent
Nunc vota; non morarer
Cyllenij volucre
Talare, ſiue pennas
Queîs Dedalus per auras
Cretea fugit arua
Optare: factus autem
Voti preciſq; compos,
O quam leuem citato
Nunc aërem volatu
Alacriter ſecarem.
Non ipſa me Tonantis
Ales fugacitate,
Me Strimonis vel vlla
Conſtantiore niſu
Tunc vinceret volucrum.
Hinc, donec ad Sabæa
Ripenſium vireta
Delatus, atq; notam
Reſumerem figuram:
Vrbemq; tàm celebrem,
Vrbemq; tàm decoram

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Dulcemq́ʒ (prima vitæ
Quæ dona non miniſtrat
Tantum benigna nobis:
Vitæ ſed & petitas,
Summi fauente Chriſti
Clementia, iugales
Vtriq́ʒ mox datura)
Ingreſſus inde Pompæ
Feſtiuioris eſſem
Et pars ego, ſacratas
Quando recens ad aras
Scanſurus es maritus:
Veſtrum pijs ſupremo
Affectibus parenti
Connubium vt valerem
Mandare (ceu deceret)
Saltem: mihi licebit
Si non eum deinde
Poclis, iocis, choreis
De more gratulari.
Sed denegat remoto
Quod corpori, creatrix
Natura, quodq́ʒ ſurdum
Fatum vetat, ſubinde
Præſente præſto mente:
Longos tibi, tuæq́ʒ
Annos Eliſabethæ,
Deumq́ʒ perbenignum,

Sortemq́ʒ

Sortemq́ perbeatam,
Vouens, precans &, optans.

AD OLAVVM NICOLAVM PAtricium Ripenſem.

NOn ſemper irato nigrans turbat orbem
Ab axe nimbus: aut fremit vorticoſum
Stridentibus fretum frequenter procellis:
Perſæpe turbulenta ſed nubiloſi
Poſt ora cœli, Sol iubar plus ſerenum
Mox exerit: fremente ponti furore
Tandemq́ placato, quieta trementes
Fruuntur aura nauigantes, & vnda.
Iniqua ſic per omne fortuna tempus
In nos nequit ſæuire: ceu cùm peracto
Te læſit anno, in mercibus: me ſalute
Sed corporis: contra benignis vtrumq́
Obtutibus nunc reſpicit, teq́ prole
Noua beatum reddit, ac ditiore
Lucro ſecundat: proſpera ſed valere
Me ſoſpitate rurſus, ac fauſtiore
Facit ſtatu vigere; Sortem potente
Qui dextera gubernat, ergò perennis
Sit laus, beet nos, vtq́ porrò precemur.

M. LAVRENTIO AEGIDIO Lectori Ripenſi.

 Aonias

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Aonias quicumq́ Deas benè noſcit, & ipſum
Vera colit cœleſtium fide patrem:
Scilicet aßiduos deerit nil huius invſus,
Nec ſpe, ſuis vel excidet conatibus:
Sed dabit euentus fauſtos, cordisq́ videre
Petita tandem, numinis fauor, licet
Sors ſe difficilem ſinuet, varietq́ ſubinde
Vices, moramq́ lentiorem protrahit:
Attamen auſertur non, quod differtur: abundè
Sed tarditatem poſt repenſat commodis
Adueniens Domini benedictio, proſpera cuius
Fortuna proles eſt, comesq́ gloria.
Id tua Vir monſtrant liquidis clarißime rebus
Exempla, quæ ſint comprecor diutina.

PAVLO BANGIO CONSVLI
Aſnenſi.

PAule decus Fionum, Bangorum gloria Paule,
Neq́ te mea Muſa ſilebit.
In nos id tua mens nimis officioſa meretur,
Ineundaq́ fœdera, Chriſto
Auſpice, cultorum fauſtè qui fata ſuorum,
Facili regit omnia nutu.
Is precor accumulet tot te ſucceßibus, omni
Sine nube doloris, amœnis:
Quod ſiliquas panicæ fœcunda Fionia lentis,
Viridantibus eruit aruis.

Quot

Quot ſimul anteſtrepunt Aſnenſia littora fluctus
Bibulaq́ꝫ teruntur arena.
Tot pariter vitam tibi ſuauibus augeat annis,
Seriemq́ꝫ uidere nepotum
Te faciat, numero validam, quoqꝫ ſorte beatam:
Modò perge ſubinde regendo
(Hactenus vt) claris patriam virtutibus vrbem:
Stabilem precor inde ſalutem
Sentiat ex noſtris Braſenius effice verbis:
Capiat quoq́ꝫ Langus eandem.
Deniq́ꝫ cum reliquis valeat Vuilhelmus amicis,
Pylios benè ſoſpes in annos.

LAVRENTIO THEOGARO
Senatori Ripenſi.

NOſtræ decus non infimum propaginis,
Vel patriam regentium
Vrbem ſtatutis, pœnitenda portio,
Virtute florens; En tibi
Veretur haud votum dare loco muneris
Thalia tot pro commodis:
Quot vix Hymettus audit aluearia
Tethysq́ꝫ mergos Balthica:
Cernasqꝫ tot DEVM precatur vt dies
Omni ſalute proſperos,
Quot Nebij canneta fundunt lucios
Cygni palusq́ꝫ floſculos.

Conati-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Conatibusq́; det tuis primordium
Prudentia, ſed exitum
Felicitate conſequi, ſeu Curiæ
Conſultus adſis, ſeu foro.
Aut cùm bicorni proruas exercitu
Per exteras quando plagas;
Quodcunq; vel tuæ fretum rates ſecent,
Secundius renauigent.
Demùm tui petita cordis commoda
In te redundent omnia.

MATTHIAE LAGONIO
Ciui Flensburgenſi.

SInt tibi Dii faciles, et ſors tibi ſemper amica,
Mercibus atq; fluant ditia lucra tuis.
Nam tu Maiugenæ (quod rarum eſt) inter alũnos
Ritè faues Clarium qui coluêre ducem.
Ergò tuum viuet nomen poſt fata viciſſim,
Sola ſub axe poli quod dare Muſa poteſt.

D. MATTHIAE HOLſtepontano.

GRatum præpetibus nuncia gaudium
Pennis fama tulit, te modò tetricis
Saluatum rigidæ caſibus Atropi,
Vitam ducere ſoſpitem.

Ergò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Ergò lætificis cor mihi plauſibus
Exultans micat, & mens poſita graui
Curarum cumulo, vota ſacro frequens
Pro te dat pia numini.
Cuius ſaluificæ noxia dexteræ
Cedunt cuncta, vigor priſtinus ac redit
His quos dira prius plaga peruſsit, &
Aeui truſit ad exitum.
Id te nuper atræ faucibus à necis
Saluando probat, vt tetra veneficis
Dipſas certa tibi funera faſcinis
Orco ſtruxerat auſpice.
Sic nec vis, dolus aut, præualet vllius
His contrà, Domini dextera quos tegit,
Quin his ipſa nigri monſtra Stygis, feras
Ceſſant tendere fabricas.
Sed deſiderium tàm validum tui
Me nunc torquet, vt elangueat impetus
Noſtræ Melpomenes, dum reduces ego
Vultus contuear tuos:
Tunc inter Dryadum Naiadumq́; nos
Plauſus, & volucrum dulcia iubila
Noſtræ commodius ſortis, & aſperum,
Et lætum memorabimus.

ANDREAE SEVERINO
Patritio Ripenſi.

Fert

F Ert roſas tempus, folijs amœnum
Non ſuis omnes frutices coronat
Ver, nec illuſtrat ſolitis Sicanam
Floribus hyblam.
Sic nequit nobis dare mox iuuenta,
Omne quòd prudens ſenium requirit,
Nam fluit virtus, fluit atq; ſeris
Vſus ab annis.
Fortè moroſo ſed ab ore quiſquam
Has erit voces vetulus daturus,
(Hæc vt ætas nunc ſolet eſſe ſortis
Inuida noſtræ.)
Attamen multùm tenus eſt adire,
Non licet quorſum penitus venire,
Quum ſuæ tardent vicioſa quemq;
Vlcera vitæ.
Quæ ſalutari rationis arte
Sunt tamen ſemper cohibenda: fiet
Sic leuis ſolers, iuuenisq; ſeros
Viuet in annos.
Vera tu cenſor bone fers: & ipſe
Exuas mores rigidos, auarum
Linque feruorem, pariter moleſtas
Deſere tuſſes:
Indè defluxit tibi quæ, iuuentæ,
Atq; geſtarum memor eſto rerum,
Tunc magis prudens, minus atq; fies
Forſan iniquus.

Plus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Plus ne brutorum catulos petulcos?
Atq́ maturos malè, plus acerbos
Vidimus fructus? tetricas nouellas
Tendere ſpinas
Carduos? acres grauius recenti
Stringere vrticas folio? ſed illam
Sæpè naturam, variaſſe conſtat
Poſtmodò tempus.
O ſed Andrea patrijs inhære
Semitis, æquo, meritis, fideq́,
Et pia ſemper venerare ſummum
Mente Tonantem.
Ipſe ſucceſſus tribuet beatos
Rebus in cunctis, tibi tunc, ſalubres
Dando conatus, facietq́ longam
Ducere vitam.
Qua frui tecum mihi ſi licebit,
Senties quæ nunc mea mens figurat,
Crebrius cernas & amica prompti
Pignora cordis.

OLAO NICOLAO
Ripenſi.

TE iam noſtra ſuis Muſa reuiſere
Donis addubitat: Nā tibi proxima
Senſit grata minus, dic rogo num putas
Ornari licitis crimen honoribus?
Verùm fortè tibi (quod magè ſuſpicor)

Dem-

Demſit iudicium, cum ſolita fide,
Interpres (ſapiens plus ſibi) quiſpiam
Commentariolis non benè candidis.
Huic, ſed quiſq; fuit, tu mihi credito,
Intellectus erat carmine vel minor,
Doctis conſpicuè quod patet omnibus,
Inuidit tibi plus hoc vel honorculi.
Sic quis ſæpè ſtudens reddere gratiam
Peccat, ſpesq; ſuo fallitur omine.

MAGISTRO PETRO HEgelio, Rectori Scholæ Ripenſis.

INgenua teneram qui perpolit arte iuuentam
Virtutumq; ſacras cogit inire vias:
Firma locat terræ fundamina, ſtirpe perenni
Plantat & ætherei celſa theatra poli.
Vltima poſt, vbi, fata beatior ipſe virebit,
Præmia proq; pio digna labore feret.

IN EFFIGIEM SERENISSImi & potentiſſimi Friderici II. Danorum Regis.

EXprimit artificis manus ingenioſa, fidesq;,
Regia præſenti lineamenta typo: (DI,
Sitq; docet qualis FRIDERICI forma SECVN-
DANICA qui valido fœdere regna tenet.

Cui genus et virtus, & ſceptra potentia præſtãt,
    Vt ſit in Arctois laus, columenq́; plagis.
Nam trahit ex illo prælustrem ſanguine ſtirpem,
    Nomine qui replet Solis vtramq́; domum:
Quiq́; ſuis victor Dacis, Cimbrisq́;, Gothisq́;,
    Fixit in Italico multa trophæa ſolo.
Quid memorem ſerie diuum propiore parentem?
    Ambulat in cuius rite, frequensq́; vijs.
Saluifici in vero nam perſtans dogmate Chriſti,
    Templa fouet, Muſas ornat, alitq́; Scholas.
Iuſticia populos, & legibus alligat vrbes,
    Strictaq́; clementi temperat æqua bono.
Quã valido ſit Marte potens, Diethmarſia ſenſit,
    Victa dedit iuſto, tunc vbi, colla iugo.
Adde tot horrifica Piratas claſſe repreſſos,
    Partaq́; veliuolo maxima iura freto.
Sed quàm pacis amans, & manſuetudine largus,
    Suecia lætiſonis, teſtis es ipſa modis.
Sic is, non aliqua lætatur ſtrage, nec vnquam
    Vlla laceſsitus, non niſi, bella gerit.
Factaq́; magnanimo prudentia pectore ſemper
    Prodit, & vtilibus, pluris honeſta facit.
Deniq́; in illuſtri quicquid decet eſſe Monarcha
    Virtutum dotis, Rex Fridericus habet.
Quem ſtabili, regum Rex Chriſte ſalute corona,
    Et da poſt Pylios, cœlica regna, dies.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

D. HENRICO GYLDEN-
ſtiern de Aagordt.

MEns generoſa, DEO fidens, & conſcia recti,
Tellure nec pericula, nec pauet vlla freto:
Aduerſa, intentent certam licèt omnia mortem,
Id antè tunc, te ſtrenuis tota probare modis
Patria ſenſit, vbi Neptunia virgo, tremendum
Claſsis potentis impetum, ſuſtinet atq; fugat
Sic tua: fallacis tumidos vt fregerit auſus
Hoſtis, (beatior, magis ceu mea Muſa canet.)
Idq́; procelloſa nuper conſpeximus ipſi,
Samſonicis in ſyrtibus, quando fatiſcit aqua
(Horreſco referens caſumq́; locūq́; diemq́;) (dis:
Noſter Phaſelus, naufragis mergimur inq́; va-
Diì maris, & trepida victi formidine nautæ
Quod denegarūt, vnicus dante Tonante, facis:
In viridi ſaluos tecum nos littore ſiſtens,
Quis ergò non heroibus numen ineſſe putet?

D. MAGISTRO CASPARO
Straubio Vitebergenſi.

CLara Phœbei ſoboles parentis,
Vile nec noſtri decus ipſe Phœbi,
Ac mei conſors ſtudij, leuis nec
Portio cordis.

Seu

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Seu domos nunc aërias, rotundum
Seu polum verſas animo, profundum
Siue metiris mare, vel patentis
Climata terræ:
Aut ſalutares meditaris artes,
Diua quas Coi monumenta pandunt,
Seu Galeni quas tribuunt, ſagacis
Aut Paracelſi:
O ab ingenti breue, cum ſalute,
Nunc vale affectu cape, quod Thaliæ
Vox relictura tibi, ſed gementi
Fundit ab ore.
Quumq; nos ſors, & DEVS ipſe membris
Separet, firmum tamen oro noſtras
Vinculum mentes ſociet fidelis
Semper amoris.

AD D. IOANNEM SEVErinum Koldingium, Sympatriotam & amicum ſuum familiariſsimum.

VT cumulēt auidæ nō pauca talenta crumenæ,
Atq; parent proprio commoda multa lu-(cro:
Sedulus ignotas penetrat mercator ad oras
Impiger hoſtiles miles oberrat agros.
At nos ingenuo Virtutis & artis amore,
Qui colimus Clarij numina docta DEI:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Per fera monſtra ſoli, per mille pericula ponti
Deſerimus patriæ limina chara plagæ.
Inq́ʒ peregrinis patimur mala plurima terris,
Noſtro, ſint alijs vt bona multa, malo:
Sic quos iuſtarum trahit alma ſcientia legum
Pro trepidis æqua ſtant ratione reis.
Sic qui Pæonia gaudemus ab arte vocari,
Languida vitali membra leuamus ope.
Sic tu quē ſtimulant Domini ſacra dogmata Chri-
Vt poßis rectam pandere ad aſtra viam. (ſti
Sed te Leucoream ſaluum qui duxit ad vrbem
Illæſum patriæ te quoq́ʒ reddat humo:
Artibus & linguis virtutibus vtq́ʒ politus
Vtile ſis Chriſto vas, columenq́ʒ tuis.
Tota quod expectat cupidis Koldingia votis,
Optat amabilibus quod tua Nympha modis.

PROPEMPTICON
D. MAGISTRO NICOLAO KRAgio Ripenſi, Vuiteberga in patriam tendenti.

O Fabricator omnium
Viuens DEVS in ſeculum,
Amor parentis, & λόγε,
Tu cum ſacro Spiramine:
Vnus potentialiter
Trinusq́ʒ perſonaliter

Cui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Cui tota mundi machina
Per cuncta ſeruit ſecula.
Quæ fundo vota percipe
Manumq́; promptam porrige,
Cunctis enim confers opem
Quotquot locant in te fidem.
Feſtinat en nos linquere,
Natale ſed reuiſere
Solum parans, Pimpleidum
Præſtans alumnus virginum:
Cui me fides arctiſsimo
Theſea iunxit vinculo
Primis ab incunabilis
Nullo die mutabilis.
Et te colit flagrantibus
Amat, timetq́; affectibus
Fiditq́; ſemper vnicè
Omniq; ſeruit robore.
Quare tuo fac nomine
Felice pergat omine,
Sis eius & dux & comes
Nox ſiue regnet, ſeu dies.
Brumæ procul ferocia
Cedat, viæq́; tædia,
Minæ quieſcant fluctuum
Furorq́; ceſſet imbrium:
Inſeruiant quin omnia
Et ſint eunti proſpera

Procul pericla deuient,
Turmæ angelorum commeent:
Ut ipſe ſaluus, integris
Lætusq́ reddatur ſuis,
Annos quibus cum plurimos
Et exigat fauſtiſsimos.

M. SAMVELI
Pomario.

Dulcia doctiloquo ſeu carmina pectore fundis,
Blandiſonæ vc moues fila canora Chelys:
Mox chorus Aonidum faciles tibi commodat au-
Exultant Charites, Phœbus ct ipſe ſtupet: (res,

M. ANDREAE CHRISTIANO
Ripenſi: D. Paulo Petreio Roſefontano, & D. Iohanni Theodorico Alburgenſi.

O Mihi quos dulci noſtrorum more parentum
A teneris primum iunxere crepundia cunis:
Hinc patriæ documenta ſcholæ, cum prima tenel-
Caſtra nouenarum nos accepêre ſororum (los

Tirones: ſed nunc paulo maiore ſequentes
Robore, Phœbeæ peregrina Lycea paleſtræ
(Haud tenuis pariter vobis vbi palma paratur)
Mœnia quos cingunt eadem, ſed vincula ſtringunt
Firma ſodalicij, mentes ſociantq́ fideles
Excipiunt veluti communia tecta, dapesq́:
Rebus in humanis at nil durabile fata
Vel DEVS ipſe ſinit, ſed quo trahit ipſe ſequen-
Ergò valete mei fraterno iure ſodales (dum eſt.
Nec tenue hoc noſtri monumētū et pignus amoris
Spernite, poſt Chriſto, magè digna, fauente feretis.
Vos etiam reliqui virtutis & artis alumni
Dulcis amicitiæ mihi quos hic fœdera iungunt
Viuite Neſtoreos, ſemperq́ valete per annos.

AD IOHANNEM CLAVDIVM
Ciuem Hamburgenſem, amicum S. integerrimum.

Sollicitam memorat tua littera ſæpè Faningam,
Plurima pro reditu fundere vota meo:
Atq́ peregrinis quod longius immorer oris,
Intolerabilius corde gemente queri.
Quid mirum, tibi quum ſit ſanguinitate propin-
Sectari mentem ſic in amore tuam? (qua,
Nam quoq́ te memini curru vt ſociamur eodem,
Ripica per medias vrbs vbi floret aquas:
Fortia magnificæ vehimurq́ ad mœnia læti
Hamburgæ, rapidis culta per arua rotis.

Pulchra tuæ quoties ô virginis ora requiris
Damnoſasq́; graui fers in amore moras?
Capripedes teſtor Satyros, virideſq́; Napæas,
Teſtor Hamadriadûm Naiadûmq́; Choros.
Ille moras tibi ſed qui ſic præciderit, vt iam
Venerit in thalamum Nympha petita tuum:
Det ſimul vt tandem noſtræ diuturna Faningæ,
Rumpatur parili conditione mora.

CARMEN
IN HONOREM NVPTIARVM MATTHIAE LAGONII
Ripenſis, & Mariæ Langiæ Flensburgenſis.

EXtulit alma dies iubar ecce, faceſq́; iugales
Fulgēt, cōnubij Venus et noua vincula nectit.
Raucaq́; cū lituis celebrē dant tympana plauſum.
Florida luteolis ſparguntur vbiq́; per vrbem
Lilia cum violis: & feſta fronde ſacratum
Velatur templum: quin vndiq́; cuncta videntur
Læticiæ dare ſigna nouæ, ſponſoq́; recentem
Gratari ſponſam, ſponſæ ſponſumq́; recentem.
Phœbe nouenarum decus immortale ſororum
Quæſo tuum roſei deprome coloris amictum,
Flauaq́; ſis viridi redimitus tempora lauro,
Atq́; moue facili reſonantia pollice plectra:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Et mihi, quo poſſim, quoq; gaudia prodere, lætum
Funde melos, valeamq; nouis quo pſallere nuptis
Digna ſerenato mihi ſuggere carmina vultu.
Et magè quò faueas, en quem mea dicere Muſa
Expetit, eſt etiam tua quondam caſtra ſecutus,
Ergò viciſſim agè nunc veteris ſtet gratia facti.

Tu quoq; nate Iouis, facili quem cādida partu
Pleias enixa eſt, Diuûmq; diſerte miniſter,
Fideq; mercantûm terra, pelagoq; magiſter:
Hic tuus vt meritò celebrari poſſit alumnus
Obſecro confer opem, calamum, mentemq;, ſtylūq;
Tu moderare, mihiq; rudis fac venula verſu
Liberiore fluat, magnasq; merêbere grates.
Iungere ſed propriam ſi tu dignabere vocem,
Crede mihi, maior tibi laus & gratia cedet.

MER: Haud indigna petis, tibi non parere recuſo,
Ipſi etenim iuueni faueo, ſemperq; fauebo:
Tum quod ab eximijs, notisq; parentibus ortum
(Ipſe ſenatorum prudenti ex ordine vixit
Cui pater, ac celebri genitrix è conſule nata)
Ducit: tum varia quod eum virtute politum
Experior, ſeu luſtro animum, ſeu penſito mores.
Quid vegeto referam pulchras in corpore dotes?
Quidue ſecundantis memorem locupletia ſortis
Muneras? iuſticiamq; fidemq; negocio in omni?
Gratulor ergò ipſi tantum virtutis honorem,
Atq; petita adeò fruiturum geſtio Nympha.
Sed fero quam poſſum ſummas dulciſſima grates

 O Eri-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

O Ericina tibi, votum ratione quod hacce
Pondus habere meũ dederis, tam ſæpè profuſum
Pro ſocia iuueni danda, thalamiq; ſalute
Aſtriferi facunde nepos Atlantis, Olympi
VENVS. *Et decus omnigeni dator & largiſsime lucri.*
Non equidem nudis à te ſolummodo verbis
Gratia ſoluetur mihi tunc (quin inſuper haud te
Accumulaturum complexus ambigo) voti
Quandò tui molem fueris impenſius omni
Rimatus parte, & penitùs tibi cognita ſponſæ
Conditio fuerit ſimul agnita manſerit ipſa.
Quære genus, quãtis ſit et orta parẽtib. amplã
Stirpis honore ſatis, dices, (nam quæſo ſuperſtes
Eſt vbi non nomen, volat & bona fama Iohannis
Langi? quisúe eius virtutem neſcit Eliſæ?)
Quin etiam ſcrutare animum, multisq; videbis
Dotibus eximium: Nam cum pietate modeſtus
Emicat hinc decor, & mores pudor occupat ipſos,
Candida purpureo ſuffundit & ora rubore.
Par animo forma eſt, qua non laudatior illa
Gentis odoriferæ quam formoſiſsima partu
Edidit Eurynome, vel (ſi non falſa fatebor)
Cornicu'ana fuit, nec Lariſſæa Coronis.
Quod quoq; tu dicturus eris, cum virginis artus,
Aurea cæſaries, roſeus color, atq; decoræ
Viſa tibi fuerint rutilantia lumina frontis.
Hanc ego fœminei numeroſo ex ordine cœtus
Elegi ſolam, iuueni propriamq; dicaui.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Neſtoreos quo cum perſuauiter exiget annos,
Amplexusq; dabit, ſimul oſcula dulcia figet
Et faciet multa dilectum prole maritum.
Cũcta placẽt: reddã pro ſedulitate quod optas. MERC:
Sed votum quid quæſo tuum Cyrrhæe ſileſcit?
Ritè mones, veſtro noua pangere carmina ſpon APOLLO.
Se licet à noſtris ſubduxerit ille Lycèis (ſo,
(Eſt fateor quò fata trahunt, ſuperiq;, ſequendũ)
Quum tamen aßiduè veneretur numina noſtra,
Atq; adeò noſtris faueat cultoribus, ipſi
Cum ſponſaq; ſua, proſperrima cuncta precabor.
Hæc ita: ſed ſacrã quandò veniemus in ædem
Plura canam, Video iam confluxiſſe virorum
Cum iuuenum cœtu, matronarumq; coronam,
Virgineumq; chorũ: citharæ modulantur et æra.
Prodit at ecce ſuis ſponſus ſtipatus amicis,
Cui propius meritò germanus adambulat ille
Præſulis officium, venerandaq; nomina geſtans,
Summaq; Ripenſis laus terræ, & firma columna.
Indè ſubit noſtra celeberrimus arte IACOBVS,
Cimbrorumq; decus, cultis quem miſit ab oris
Læta Viella ſuis, ſed quem nunc inclyta geſtit
Ripa, vocatq; ſuum, Chriſti agnoſcitq; miniſtrum.
Quod ſupereſt, et nos pompam decoremus, eundo
Ad ſacra tẽpla, ſimul pia vota precesq; feramus.
Inde reuertentes mox atria læta petemus,
Ac hilari caſtos hymenæos voce canemus,
Deniq; nubentes thalamo condemus in vno.

ECLOGA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

ECLOGA FESTIVA

Denuò recognita & aucta,
de

*PACIS FOEDERE INTER IN-
clyta & potentiſſima Daniæ &
Sueciæ regna, nouiſſimè
inito.*

Topographia ciuitatis Ripenſis, nobi-
lis Cimbrorum metropolis.

*VRbs iacet antiquas inter celeberrima ſedes,
Quæ ſua magnificis præbent cunabula Cim-
bris,
Non indigna trahens ab amœnis nomina ripis:
Ingeniis opibusq; valens, virtute potensq;:
Herbiferis hinc cincta iugis, viridantibus atq;
Saltibus, & liquidis iſtinc circumſona ſtagnis,
Omnigeno quæ piſce ſcatent: nec plura Cayſter
Audit in algidulis Cygnorum carmina lymphis.
Vndiq; plena virent pomaria, & vndiq; picti
Suauibus irrigui viſuntur floribus horti.
Adde tot hyblæis vernantia prata roſetis
Florilegis dulces apibus præbentia ſuccos.
Adde etiam vario tot apricos germine campos,
Immixta arboreis vbi ſtant virgulta frutetis,
Argutos volucrum ſemper reſonantia cantus.*

Prædia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Prædia quid memorē, circumq́; iacentia rura?
Rura ſoli glebæ, & pecoris ditiſsima pinguis:
Ditiaq́; egregijs multum paſtoribus: inter
Quos haud pro minimis Corydon & Thyrſis ha-(bentur:
Huic pater Opilio, ſed filius ille bubulci,
Patris vterq́; fuit ſtudij ſucceſſor & hæres,
Ac florens annis: inter ſe qualia nuper
Verba volutabant (etenim ſunt digna relatu)
Dicere fert animus. Tu noſtris annue cœptis,
Cuius ope exilis melius modulatur auena.

CORYDON ET THYRSIS.

THYRSI gregis cuſtos Cimbrorum gloria Thyrſi,
Quo te quæſo pedes? an læta Palilia nobis
Te reddunt? an te via Thyrſi reducit ab vrbe?
En Corydon, multos Corydon non viſe per annos, THYR:
O tempeſtiuè quam nunc conuenimus ambo:
Me videant vtinam lemuresq́;, lupiq́;, priores,
Atq́; ſiniſtra malum promittat ab ilice cornix,
Si Thymus aut Apib. Corydon, Cythiſuſue capellis
Rosq́; Cicadarū turbæ, aut meſſoribus vmbra,
Quam tuus aduentus mihi poſſet gratior eſſe.
Et te, crede mihi, tantundem gaudeo, viuum COR:
Ac iterum, (quod vix ſperaſſem) offendere ſaluū.
Nam me tot caſus, & tot diſcrimina rerum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Dum patrios linquo fines, peregrinaq́ luſtro
Rura (nouenarum ſuperatus amore ſororum)
Iactarunt, poßis vix vt benè credere Thyrſi.
THYR: Quippè fidem Corydon dictis facit ora colorans
Pallor, & apparens macies in corpore toto:
Vsq́ adeò, penitus quod ſis mutatus ab illo
Qui patrias pernas & pingues deſeris offas,
Tunc benè paſtus eras, at nunc vix oßibus hęres;
Vilior imò etiam ſolito, tua penula teſtis
Eſſe poteſt, vſumq́ pedi quod fuſtis habebit
COR: Haud aliter fit cum peregrino ignotus in agro
Degit, & à fidis procul eſt ſemotus amicis.
Aſt ego quid contrà quoq́ te mutaſſe priorem
Tàm vultus habitum, quam veſtis cerno figuram?
Nam nunc ruga tuā non ſulcat, vt anteà, frontem,
Triſtia nec pronus figis modò lumina terræ,
Inficit aut faciem fuligo, nec amplius hærent
Labra ſitu, ſcapulasùe hirtus tibi crinis obum-
Pendula vel caſum minitatur ſtiria naſo: (brat:
Plurima confuſam nectunt neq́ ſtramina barbā,
Implicuit ſolitas in eam nec Aranea caſſes.
Adde quod et lacero, quoq́ verſicoloribus aucto
Panniculis ſagulo liber ſis, ſemper ab vno (uit.
Quod pendens humero terram malè verrere ſue-
Deniq́ non magè iam perones turpiter amplos
Prominulis caligæ fibris, onerando fatigant:
Proſpicit aut tremulis, ſoleas per, ſtramē ariſtis.
Quid multis? nouus es Thyrſis vultuq́ coloreq́,
Et

Et geſtu, cunctóq; habitu, nouus es modò Thyrſis.
Sed tamen hæc habeat quã transmutatio cauſam,
Admiror, dubitóq; ſimul, ſcire atq; peropto.
Dic tua num ſobolem peperit tibi Thyra recentẽ?
(Thyra, bonos qua non ſolertior altera mundis
Condere caſeolos manibus, pedibusq́; mouere
Ocyor extenſo dentatam in ſtamine telam)
Siuè nuces tuus eſt Mopſus ſparſurus? an ipſi
Obſecro Niſa datur iam? ſæpius antè negata.
Eſt adeò ſeu fortè Caper tibi ſaluus, & hædi,
Totq́; modò teneros numeras cũ matribus agnos,
Fæturasq́; boum, tot & vbera lacte grauantur,
Vndè frequẽs habeas quod poſsis vẽndere in vrbe
Molliculis iſtis multosq́; emungere nummos,
Vt tua iucundo tibi mantica turgeat ære?
Subrides quid quæſo? ipſam num tangere quod rẽ
Sic potui? vel me quia coniectura fefellit?
Thyrſi, profectò alias rimari neſcio cauſas.
THYR: *O Corydon tantum tua diuinatio fallit*
Quantum inter diſtant ſe, præſens atq; futurum.
Namq; licet tantis ex proſperitatibus illis
Venit adhuc non vlla mihi, tamen optima firmat
Me ſpes, haud multos poſt ſoles eſſe futuras
Non illas modò, quin maiores forſitan illis.
Sed te cum teneat tanta admiratio noſtri,
Nec non tantus amor quæſitas noſcere cauſas,
Te noſtræ ſtimulet nouitatis, & vndè ſuborta
Sint mihi læticiæ tot ſigna, docebo: tuumq;

In

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

In gremium Corydon ego largiter omnia ſundam.
COR: In longum forſan, nos inter, ſermo trahatur,
Atq; via feßis, ſtatio ſolet eſſe moleſta,
Vixq́; teres vltrà incumbentem ſuſtinet alnus,
Attamen optarem vehementer noſcere cuncta.
THYR: Vis nos ne illo igitur viridi conſidere colle
Frondentis patulo Platani ſub tegmine, fontis
Propter aquam, qua nō vitreis vmbroſior vndis
Alter in his vſquam fluit, eſtq́; ſalubrior, oris:
Nutrit odoriferis vel plures floribus herbas
In ſpem baccarum, fouet aut cum Vitice, Myrtos
Iugiter afflatas zephyriq́; apiumq́; ſuſurro.
COR: Quò tibi cunq; lubet concedere Thyrſi ſequor te.
THYR: Ergò age iam parib. properemus greßibus illuc:
Aßideas mihi ſed propius: Nunc arrige ſenſus.
Optimus ô Corydon hæc Pan mihi gaudia fecit
Pan tenet ætherei ſacra qui Pineta Lycei,
Omnia qui fecit, moderatur, & omnia ſeruat:
Præcipuè ſed curat oues, ouiumq́; magiſtros
Quotquot eū agnoſcunt, benè fidunt, atq́; verētur.
Ipſe meos vltrà eſt cantus haud paſſus inanes
Quos mea arundinibus, conſtat quæ fiſtula ſeptem
Hactenus ingemuit, ſed pondus fecit habere
Nunc tandem, votisq́; dedit tam ſæpè petitos
Euentus, hæc non cur gaudia quæſo fouerem?
COR: Thyrſi precor, quid ſit non longa exordia necte,
Expedias breuius, mihi mens in pulte vagatur.
THYR: Scis Corydon eſtq́; heu nimium meminiſſe neceſſe
Poſtquam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Poſtq̃ finitimos furtim irrepſiſſet in agros
Monſtrum atrox, nigri proles horrēda Barathri,
Eumenidum cognata, trucis ſoror aſpera Martis,
Atq; ibi feralis diſcordia ſemina belli
Sparſiſſet, facilesq́; animos ad iurgia, & iras
Inſuper & multum ſitientia corda cruorem
Vicinis vafra paſtoribus arte paraſſet:
Scis inq̃ ex illo quanti mox tempore, quanti
Inter (quem ſemper benè ſeruent numina) noſtrũ
Daphnin, & illorum capitaliter inter Amyntam
Cæperunt turbæ: ſcis quot violenter in annos
Durârint, & quid ſecum traxêre malorum.
Quanta magiſtrorum veniunt incommoda Thyrſi COR:
Diſsidijs, luctaq́; graui, quem quæſo lateret?
Hæc etenim non ſunt ſaltem paſtoribus, atq;
Armentis clades, & lamentabile fatum,
Imò ipſis etiam ſæpè exitiale magiſtris,
Præcipuè cui cauſa fuit mala, corq́; proteruum.
Hoc exempla probant etiam nuperrima: verum THYR:
Quò melius noſcas, ſuccinctius ordine pandam
Omnia, quæ mihi ſunt aliorum voce relata:
Ipſe etiam vario quæ cum diſcrimine vidi.
Ergò vbi finitimos noſtros ad prælia ſenſit
Procliues, Bellona ferox, furibunda cachinnans
Proſilit, & celeri pede gaudia terq́; quaterq́;
Teſtatur, furuis plauditq; enormiter alis.
Inq́; rotata gyrum partes ſe verſat in omnes,
Ore tumente caua canit horrida claſsica taxo.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Haud aliter quàm cum lupa non ſatiabilis vnq̄
Incidit in prædam, campos vlulatibus implens
Auxilio vocitat comites: Sic illa cruentum
Inclamat fratrem ſigno ſonituq́; canoro.
Protinus ille ruit, fumans à cæde recenti,
Vtq́; ruit, lorica ſono frameæq́; gemiſcunt.
In noſtroq́; prius fixit tentoria fundo
Nuncia quam volucri diffundere fama relatu
Id potuit, vel quam cuiuſq̄ venit ad aures:
(Inter eos veluti conuenerat, antè nefandum
In facinus quàm ſic coniurauêre, quod ipſe
Noſtris in teſquis habitaret, at illa propinquis,
Atq́; ita diſcordes facerent hoſteſq́; magiſtros,
Et tandem infeſtos ad prælia ſæua mouerent)
Sanguineaq́; manu crepitantia concutit arma,
Hæc famulis dans ſigna ſuis: mox aduolat omnis
Quē ſtimulauit amor prædæ, atq́; cupido cruoris:
Cernere tunc equidem fuit vt frondator ab alta
Deſiliens tilia vibrat currendo ſecurim.
Curuus & vt (media ſulci in cauitate relicto
Ligone & plauſtro) cum vomere currit arator.
Ruſticus & meſſor (fugiens at vterq́; laborem)
Intrepidi properant, hic falce, ſed ille bifurca.
Cum canibus, ſpreta caſſa venator: & auceps
Fiſtula, & abiecto viſco pedicisq́;, ruebant.
Quos madidus ſequitur maturæ vinitor vuæ.
Addit ſe comitem, fugiens piſcator ab vndis,
Quem ſoliti tremulæ tædebat arundinis vſus,

Nullaq́;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Nullaq́; cura fuit ſalientes ducere piſces,
Abijcit aſt hamos, & lina madentia linquit.
Deſerit igniuomos, cum dura incude, caminos
Hinc faber, illepida tinctus fuligine vultum,
Malleo & ingenti fremebundus forcipe venit.
Venit & impurus picea pinguedine ſutor.
Ipſe etiam ſartor (quãuis pede claudus ab vno)
Forfice dira minans greſſu vacillat anhelo.
Innumeriq́; ſuas alij liquêre tabernas,
Lucra requirentes maiora, labore minori.
O nimium fatuos, ô terq́; quaterq́; miſellos, COR:
Qui tali ſeſe precio diuendere tentant,
Sicq́; ſuam dubiæ morti vouere ſalutem.
Quid non dira fames auri committere ſuadet? THYR:
Hæc eadem vili non ſolum plebe creatos
Impulit, aſt etiam generoſo ſtemmate natos.
Imò alios etiam doctæ qui ſacra Mineruæ
Caſtra relinquebant, Martiſq́; profana petebant:
Præ cunctis etiam quæ ſunt auidiſſima, namq́;
Excipiunt quotquot, ſimul & quoſcunq́;, valoris
Nec non reſpectu ſine gentis, & ordinis omnj.
Tartareus veluti cunctis patet Orcus, & à ſe
Reijcit haud quenq̃, aut numero ſatiatur ab vllo.
Sic tua cõueniunt, Styge cũ, Mars horride, caſtra.
Ad quæ tunc nigrũ quoq́; ſe conferre Menalcam
Vidimus, ex vernis fuit is celeberrimus vnus
Martis, Teutoniæ patrijs quoq́; venit ab oris,
Et ſecum induxit numeroſum militis agmen.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Præſtat idem, retinens cognomina priſca trahēdo
Omen habet nomen, detraxit plurima nobis,
Præcipuus rigidi fuit is quoq; verna Gradiuj.
Sicq́; inter ſpacium breue temporis, ipſa ſcatere
Conſpecta omnigeno ſunt milite paſcua noſtra.
Purpurei ſicut peramœno tempore veris
Cum tepidi mulcent zephyri, Phœbusq́; ſereno
Lumine cuncta fouet naſcentia, iamq́; reduxit
Arboribus frondes, telluri gramina, flores
Herbis, veſtiuit lepido fruticesq́; virore.
Depopulabundo quot tunc inſecta vagantur
Ore, vel in liquido ſaliunt quot rore Cicadæ,
Thyrſi tot his noſtris tunc graſſabantur in aruis
Crudi Mauortis famuli, Pro Daphnidis, & ſc
Iactantes noſtra noſtrûmq; ſalute vocatos.
Incedunt tumidi, talo tenus atq; nefandè
Bracchati, certant ingentes ponere paſſus:
Criſtatus veluti Gallus ſolet, vtraq́; quando
Implicitur ſtupis ſibi tibia: Siue paludem
Cum liquidam, ranis inuiſa, Ciconia tranſit.
Vana profanato quoq́; plurima gutture ructant,
Præcipuè glomerantur vbi, coëuntq́; gregatim:
Tunc ſe collaudant, mentitaq́; prælia narrant,
Atq; cicatrices monſtrant à fortibus armis
Inflictas, ſed quas dederat meretricea dextra.
Quisq́; audet ſeptem quoq́; ſe præferre colonis,
Virtutesq́; citant, ac omnia numina teſtes,
Cum neq; virtutes curent, aut numina norint.
Sæpè

Sæpè etiam ſuperant, & ſeſquipedalibus hoſtes
Longius abſentes, verbiſq; miniſq; trucidant.
Nunc arces capiunt, nunc vrbis mœnia rumpunt,
Caſtraq; diripiunt, at nīl niſi verba ſuperſunt.
Iſti ego quid valeant, ſed verius omnia dicam,
Multa vorant, et multa bibunt, mala plurima pa-
Et quos à ſæuo debebant hoſte tueri, (trant,
Hos ipſi ſpoliant, primoſq; laceſſere gaudent.
Crudele et petulās genus eſt qui caſtra ſequuntur, COR:
Namq; licere putant etiam, quæcunq; lubebit.
Hiſq; ita contractis, luſtratis, atq; decenter THYR:
Inſtructis, mox in vicinos ducitur hoſtes.
Mars aciem noſtram direxit, & impulit ipſe,
Aduerſam Bellona: nigros turbata capillos
Et laniata genas, fluidoq; cruore rubenti
Circumcincta ſago, madefactam ſanguine belli
Debacchante facem dextra geſtanſq; rotanſq;
Ante ſuos graditur, menteſq; accendit & iras.
Auſa tamen non eſt in apertos ducere campos
Ipſa prior, noſtroq; manus cum milite coram
Conſerere, aſt intra notos munimine fines
Et ſcopulis tutos, ſe continet, atq; maniplos.
Illa ſui generis fecit de more profecto: COR:
Nam licet irarum vehementi fluctuat æſtu
Terribiles ſpiratq; minas, tragicoq; furore
Prouocat, inuicto ſimul omnia conterit ore
Fœmina, ridiculum pecus, at ſi fortè futurum
Turbet qui imperium, plagiſq; coërceat ipſam

Senſerit, extemplò poſitis cum viribus armis
Manſueſcit, trepidat, ſe comprimit atq; ſileſcit.
THYR: Salſa quidem, ſed vera refers, piſcator ab ictu
Quippe ſapit, ſapit & ſic ſe Bellona tuendo.
Non ignara quidem valeat quid Danica pubes
Et procerum virtus: tenet alta mente repoſta
Fortia maiorum noſtrorum geſta, veretur
Ne iam, quæ toties à noſtris, contigit iſtis
Antè aruis, & quæ nuper nunc accidit agris
Dithmaricis: eadem quoq; nũc fortuna ſequetur.
Intereà noſter generoſo percitus Oeſtro
Impatiensq; moræ Daphnis, ne tempora perdat
Auguſto vocat ore Duces, armare phalanges
Protinus, & belli tentarier imperat hoſtes
Sorte. Illi parant rutilantia caſtra mouentq;.
Mox oritur ſtridor lituum, clangorq; tubarum,
Raucaq; multiplici reboabant tympana pulſu.
Inſequitur nymbus peditumq; equitumq;: vola-
Acta manu celeri vexilla, leonibus illa (bant
Cæruleis minibunda tribus reliquoq; trophæo.
Intrepidè irrumpunt, latè & cultoribus agros
Deuaſtant, primo inſultu quæ nomen ab Alce
Fert, arcem tàm vi quàm deditione coërcent.
Inſuper vlterius pergentes obuia quæq;
Firma licet, minimo ſuperant capiuntq; labore.
Quin etiam quoties erumpere cogitur ipſa
Atq; laceßita in planis ſe oſtendere campis
Auſa fuit, quamuis decuplo robuſtior eſſet

Tum

Tum numero, tum tormentis, alioq́ꝫ paratu:
Noſtrorum tamen eſt valida virtute repreſſa.
Vera loquor Corydon veniam da vera loquenti:
Teſtis & eſſe poteſt Halmſtadica pugna, fugæq́ꝫ,
Hinc ad Falconum celebris victoria montem.
Ut ſileam toties fuſam, totiesq́ꝫ fugatam
Noruegicis (id quis quæſo non nouit?) ab oris.
Audieram certè, admirans ſed ſæpè ſtupeſco — COR:
Quî potuit Daphnis dictos defendere fines,
Cum fuerit tanto ſpacio ſemotus ab illis.
Quæſo manus longas neſcis tu Regibus eſſe? — THYR:
Atqꝫ in Danigenûm præſenti corpore terris
Apparere licet Daphnin conſpeximus ipſi:
Attamen in reliquis potuit nihilominus iſtis
Eſſe plagis, fama virtutis, & hoſtibus eſſe
Ingenti potuit terrori, nomine ſolo.
At cum tot res, & tantas, is geſſerit abſens
Quid tunc quod præſens commiſerit, oro putabis?
Credo equidam melius, quàm tu narrare valebis — COR:
Illa mihi, nam quis iuuenilem neſciat eius
Illuſtris feruorem animi? totq́ꝫ inclyta facta,
Pectore magnanimo ſemper quæ prodit? & ipſis
Præcipuè in rebus proſperrima fata gerendis?
Dignè igitur poterit magnus diciq́ꝫ Secundus.
Sed te Thyrſi precor mihi ne memorare graueris,
Quos habuit Dano ſummos de ſanguine cretos
Patria noſtra duces, proceres, aliosq́ꝫ celebri
Nobilitate viros, hoc belli tempore quorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Emicuit virtus, & ſtrenua dextra, fidesq́;.
Certior vt reddar de tantis obſecro rebus,
Ad me vix tenuis famæ quas pertulit aura.
THYR: *Ipſe vides ſumma vt villarum culmina fument,*
Oceanoq́; iubar properet nunc abdere Titan.
Ergò tibi breuibus ſaltem perſtringere cogor,
Quæ pòſt æterno mihi ſunt memoranda relatu.
Præcipuum belli ductorem, Daphnis, auito
Daniel Rantzouius. *Sanguine Ranzouidûm, prima ſed origine Danũ*
(Si proauos repetas) Danielem nomine dictum
Conſtituit, mandans turmis equitumq́; præeſſe.
Franciſcus Brochenhus. *Agmina ſed peditum rexit Brochenhuſius heros.*
Maur. Podebuſch. *At Podebuſchorum Mauricius inclyta proles*
Infracta armigeros eduxit mente cohortes
Ad pugnam, quotquot fœcunda Fionia miſit.
Sed quam diues opum contraxit Scania turmas,
Haccho Holgerſon.. *Holgeriana fuit ſoboles dux impiger, Haccho.*
Verum bellipotens quos ciuit Iuthia Cimbros
Grego. Vlfſtand. *Gregorius nomen qui fert à dente lupino*
Petrus Gyldenſtiern. *Partim egit: partim celebri de ſtemmate Petrus*
Aurea, cui in ſignis, & nomine, ſtella coruſcat.
Nicol. Dreſſelberg. *Quin & Nicoleus, cui Dreſſelbergicus ortum*
Præbuerat ſanguis, legiones rexit, amœnis
Quas populoſa ſuis Sielandia fudit ab oris.
Hinc quoq́; Noruegico compleuit milite campos
Ericus Roſenkrantz. *Ericus roſco, qui fert cognomina ſerto,*
Nobiliusq́; trahens illuſtri à ſanguine ſtemma.
Euerhardus Bild.. *Addunt ſe ſocios Euerhardus, ſtirpe vetuſta*
Bildorum

Bildorum ſatus, atq; ſuæ laus viuida gentis:
Chriſtiernusq; genus ſeruans, præclaraq; facta
Munchorum, remanens nec gloria parua ſuorum. Chriſtiernus Munck.
Hos ſuper aduenit Kaâſæa gente Ioannes Ioannes Kaas
Non minus externis, patrijs quàm notus in oris,
Duxit & is valido florentes ære cateruas.
Nec deerant gemini diuerſa ſtirpe Stenones, Steno Roſenſpar.
Ille Roſenſpareis, decus hic ſed nobile Bildis. Steno Bilde.
Inſuper Ericus præſtans Podebuſchia proles, Ericus Podebuſch.
Nec non Chriſtophorus Lungorū clara propago. Chriſt. Lūge.
Præterea reliqui (neq; gloria vana ſuorum)
Nō minus antè acies primi, intrepidiq; feruntur,
Quàm Domini pro ſorte ſui, patriæq; ſalute,
Ad bellum prius accelerant, in vtrunq; parati,
Quisq; ſuæ memor exiſtens virtutis auitæ:
Scilicet ad pugnam quotquot tribus Oxea miſit,
Quot Lyckea, ſimul quot Langea, quotq; Gyana,
Cumq; Roſenſparca, Krūpena, quot atq; Bradæa,
Bildea cum Krabea, cum Pasbergenſe Iulina,
Bannerea, et quoſcunq; dedit Rudeana propago.
Quoſq; tulit Friſeus, quoſq; Hardēbergicus ortus,
Et quos Bernkouius, quos Trolleus, atq; Grubæus,
Ac Laxmandiacus, nec non Vgeropius: & queîs
Nomina dat Delphin, quib. et dat nomina fluctus.
Hinc quoq; ſtirps à ſe quos Stiſeniana profudit,
Vlfeldina ſimul, quos Schrāmea, quoſq; Schauena,
Urnea, Rennouia, Bryſckina & Sparrea, Binga,
Godſchea cū Brochia, cū Strangea Beckia, Dhaq;

 Krauſea

Krauſea quoſq; dedit, quos Lūgia, quoſq; Schelina.
Et cum Krundigica quos Hackia miſit & Holcka.
Vuenſtermandiaca deerant neq; ſtirpe creati:
Nec de Sckenchelida, ſeu de Lindennouiana
Vel Sckougardina: Veniunt & fortiter inſtant
Præterea quibus eſt Faſſorum ſanguis origo,
Ac Galſchöttorum nati, proleſq; Tothorum.
Et qui Zeſtedica prognati gente, Timannis
Quiq; ſati fuerant, qui Stygis, Roſtropijsq;.
Quid Vualchendorffos referā? Baſſoſq;? Suogosq;?
Glambeckos & Arentfeldos, Geddosq; Grenosq;,
Cumq; Roſengardis Rotfeldos: & Thegenhuſos
Quidue Griſis iūctos memorē: Galdisue Sefeldos
Vel Flemingiaco, aut Höcheno ſtemmate cretos?
Quitzouidumue genus? Kiörningorūue nepotes?
Venit & Högorum ſoboles, venitq; Sualorum,
Nec non Vuindorū: Queîs dant Pomaria, dantq;
Priſca quibus regio nomen: quibus atq; Viroris,
Montis arenoſi quibus & cognomen adhæret
Venerunt etiam: Venit quoq; Norbyca proles:
Et cum Splidea Porſena: ſibiq; Globea
Iungit Hedenſtropiam, Sckadena ſed Harbouianā,
Ac Normannorum cum poſteritate Preporum.
Compluresq; alij queîs nobilitatis origo,
Atq; fuit virtus, & dextera fortis in armis,
Qui quoq; ſe fidos terreſtri in Marte probabant:
Quos ego nec vidi quorum neq; nomina noui,
Nam poſſunt omnes non omnia ſcire bubulci.

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Quid tu terreſtri narras mihi Marte fuiſſe COR:
Congreſſos, etenim quis neſcit in aëre poſſe
Præter pennigeras, nullos pugnare, volucres:
Veliuolis igitur ſulcatur nauibus aër? THYR:
Præbeat iſte tibi portum dare vela volenti.
Belligeriſnè patet ſpacioſum claßibus æquor?
Thyrſi peregrinis ego cum verſarer in oris
Crede mihi, quid ſint, quid ſint ſemel æquora ſenſi. COR:
Perſuadere mihi nec poſſum viuere quenquam
Faſcinat incautam cui tanta audacia mentem
Vt ſe cæruleis tentet committere lymphis.
Namq́; ego, vix credas, ex illo tempore quantum
Ad nomen nauis trepidem, mortemq́; paueſcam.
Quæ tua ſint igitur narrare pericula perge. THYR:
Fortè die feſto fluuij ſpaciabar ad vndas COR:
(Solus & ignotus) vocitant quē Saxones Albim:
Arbitror hunc vaſtum dici mare, namq́; locorum
Non vſquam viſa eſt mihi copia maior aquarum.
Dùmq́; ibi ludentes fulicas, mergoſq́; ſonoros
Spectarem, quidam venit en Stratiota, ſtrepentes
Indagans anates, mihi lethiferoq́; tremendus
Sclopeto, limiſq́; tuens, ait ocyus: heus tu
Stellio, quid mergos numeras? hanc illico lintrem
Dirige, donec aues (en remum) conſequor iſtas:
(Hæc mandans anates et cymbam monſtrat adun
Meq́; ita confeſtim ſecū conſcendere cogit, cam)
Horrentem fluctus, & gurgitis ima trementem.
Nec procul à viridis vehimur iam margine ripæ,
Ferrea

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Ferrea terribili quum glandem canna fragore
Eiaculatur, ego cœlum ſonuiſſe ruinam
Sum ratus, in gelidas ſubitus ſimul excutit vndas
Me pauor: ah mecum tunc actum Thyrſi fuiſſet,
Protinus auxilium niſi fulua tuliſſet arena.
Impius immodicè me riſit, at iſte natantem,
Et liquidos riſit reuomentem pectore fluctus.
THYR: Ipſa quidem magno res eſt digniſsima riſu,
Maiori ſed es ipſe: maris qui nomina vaſti
Albidos attribuas arcto, placidoq́ fluento.
Non ita colliculum monti, pennamúe volucri,
Aut fagum ſyluæ, ſeu moli corporis artum,
Deniq́ vel paruis componere maxima fas eſt.
Præterea modico qui ſic terrêre ſuſurro
Exilis iaculi: Quid ſi Vulcania, quid ſi
Tam grandes chalybis tormenta vomentia maſſas
Atq́ repentinas, vt dira tonitrua, flammas
Audires Corydon? animi ſed ineſſe quid illis
Sentis, immenſo qui ſe committere ponto
Scilicet impauida non vnquam mente verentur?
Inter tot nymbos, tempeſtatesq́ furentes,
Totq́ inter ſcopulos, tot ſtridentesq́ procellas,
Tot breuia & Syrtes, tot Scyllas atq́ Charybdes,
Grandia totq́ inter Cete, totq́ horrida monſtra.
Quid multis? fatū intentant vbi cuncta ſupremū.
Quin etiam infeſtis audent concurrere ſignis,
Ac inter vaſtos committere prælia fluctus:
Prælia non tantum quæ ferro pellere vim vi
Comi-

Cominus hortantur, ſæuiſq́; dolonibus vti,
Pilaq́; vibrare, & celeres torquere Cateias,
Sclopetiſq́; globos liuentis ſpargere plumbi:
Imò etiam paulum nauali lege remotas
Quæ certare rates expoſcunt, atq́; viciſsim
Eminus horriſonis ſuadent decernere telis,
Sæuaq́; terribili tormenta explodere bombo.
Vndè fretum reſonat gemitu, cœlumq́; remugit,
Et concuſſa tremit tellus, ac horret Auernus,
Exangueſq́; graui flent præ formidine manes:
Vndè etiam denſos inter, fera fulmina, fumos
Crebra micant, & ſulphureo nidore replentur
Omnia, ſparguntur ſpiſſæ caliginis vmbræ
Quæ ſocio ſocium ex oculis, cœlumq́;, diemq́;
Eripiunt, piceo paſsim nigore volantes,
Summaq́; ſurgentes ex imo ad nubila fundo:
Non aliter quam ſi, deſertis Æthna Sicanis,
Iſlandoſq́; ſuos violenta relinqueret Hecla,
Ad ſæuamq́; fremens deſcenderet vtraq́; pugnam:
Obuia iam patulo, quod ſi veſtigia campo
Fortè ferant, & conueniant ſimul, illicò totis
Viribus inſurgunt, animiſq́; ferocibus inſtant,
Alternantq́; vices certatim, fulmina ſpirat
Vtraq́;, ſaxa vomit, tremulas iactatq́; fauillas,
Exeſoq́; nigros exhalat vertice fumos,
Atq́; cauernoſis reboant fera murmura cryptis.
Hei, demiror eos audent qui talia, pugnæ COR:
Scilicet, atq́; freti, gemino ſe exponere fato.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Aut rigidum certè circum præcordia ferrum
His eſt, aut ſolido mens ex adamante, vel imis
Viſceribus geſtant plus quàm mortalia corda.
Qui fuerint illi ex noſtratibus, ergò recenſe.
Atq; Carinarum, quæ conſtant nomina pande.

THYR: *Nil moror; vt virtute prior fuit, Ordine primus*
Herluffus Trolle. *Occurrit ſimul Herluffus, feliciter ortus*
Stemmate Trollorum: celerem qui ritè fauente
Fortuna, rexit Fortunam: quiq; ſuperba
Exitium Magloſa tibi tulit, idq; ſtupenda
Mole licet, nec non immenſis viribus eſſes':
Solaq; tu puppes alias contemſeris omnes.
Et licet (vt fama eſt) Proteus Nereidas inter
Mole ſedens, virides ſiccant dum ſole capillos:
Et conchæ inflatu Triton, dum cætera Ponti
Numina permulcet (placidis pars innatat vndis
Parsq; vehebatur frenati tergore piſcis)
Te viſa, pauida mox ſunt formidine cuncti
Perculſi, in fundo ſeq; abdunt æquoris imo:
Excitus ipſe etiam, ſubito motusq; tumultu
Neptunus, cauſamq; ſuæ dum Tethyos alti
Miratur gemitus, ſcrutaturusq; quid hoc ſit,
Protinus è tremulis madidũ caput exerit vndis:
Vt primùm tumidis, vidit te incedere velis,
Pugnandumq; ratus ſummo de iure tridentis,
Confeſtim rapido trepidans ſe vortice mergit.
Non tamen Herluffum terrere pericla valebant,
Siue fugare metus, quin contrà audentius iret.

Nec

Nec prius abſiſtit, quàm te cecidiſſe videret,
Atq; inter flammas faſtum finire ſupremum,
Fluctiſonamq; tibi ſtatuiſſet deniq; tumbam.
I nunc atq; homines cum ſummis deſpice Diuis.
Hinc gemini fratres Rudeanæ ſtirpis alumni, Ottho Rud.
Virtutis ſpecimen produnt Ericus & Ottho: Ericus Rud.
Danicus hunc infert pelago Venator, at illum
Suetica virgo vehit. Prægrandi cana Ioannes Ioannes Vlff
Hañibale Vlfſtadus ſecat æquora. Strenua Petrus ſtand.
Munckorum ſoboles ſequitur, qui abducere ditẽ Petrus Mũck
In prædam potuit centum vno tempore puppes.
Hinc Henricus habens aurato à ſydere nomen, Henric: Gyl-
Grabbato inuehitur magna, magnalia patrans. denſtiern.
Proruit indè Petrus proles Huitfeldica, cuius Petrus Huit-
Non minus emicuit pelago, validiſſima virtus, feldt,
Quam tua Paule ſolo: dum teq; tamq; tueris Paulus Huit-
Halmſtadiam, fruſtrando ſuis conatibus hoſtes. feldt,
Quid memorem Ericum Lyckei ſtemmatis illum? Ericus Ly-
Nec minus hìc validum q̃ rebus equeſtrib. acrẽ. cke.
Quidue Vlfeldina induſtrem, de ſtirpe Iacobum? Iacobus Vl-
Aut Vgeroporum quid dicere coner Haraldum? feldt. Harald. Vge-
Nec non Sckenchelidæ Gabrielem gentis honorẽ: Gabriel
Delectoſq; alios proceres, armare periti Sckenckel.
Claſſem, & qui validè reliquas egere Carinas.
Nempè vel æratum rictu minitante Leonem,
Cornipetamúe freto Ceruũ, Gryphemúe volantẽ,
Immanis cui ſiue Elephas inſultat aquarum
Montibus, Aut toruum qui virib. incitat Vrum:

Siue

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Siue etiam ringens cui Vulpes æquora verrit:
Aut iracundus ſubnando immurmurat vrſus:
Aut etiam truce qui ſulcat vada cærula Tauro.
Hinc formidandus toto ſe robore Samſon
Inuehit: aſſociat quem ſe grandæuus Abraham,
Ancipitem tremulis ſtringens conatibus enſem.
Nec non aligeris, & velox remige talis,
Mercurius quatit arma quib. fuit vſus in Argũ.
Imperioſi etiam ſpumant freta ſaucia clauo
Herculis, inflexu cedentes ſupplice, roſtris
Conterit is, proraq; ſequaces increpat vndas.
Quin & præcipiti truculentus labitur Hector
Impulſu, Oceanum bellaxq; laceſcit Achilles.
Hinc Dauid Ionatha fido comitatus amico
Vela ſubit, parilis tenuit conatus vtrunq;.
Nec cui pennigero puppis Gabriele refulſit
Segnius alba citis infarcit carbaſa ventis.
Pontigradus ſequitur, quem vaſto corpore vexit
Chriſtophorus: teris hinc rapidas Leoparde pro-
Inde Ionas infert alto ſe, pondere Pini (cellas,
Tardior: hinc agilis facie nat Maurus aduſta:
Hirſuto indomitus pariter nat corpore Lappus.
Quid referam per vaſta leui freta Cortice ferri
Auſum? aut tranantẽ Merula, vel Hirundine, ſiue
Vnguibus & roſtro minitans quẽ Gallus habebat
Aequore geſtandum: nec non cui prædo natabat
Accipiter, mare cui, violenta ſecatúe Columba.
Vel cui ferriuomus tumidis it Struthius vndis.

Qui

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Qui ruit aut demum candenti inuectus Olore.
Seu reliquos etiam multis quid dicere coner,
Inuiſa infeſtis ſubeuntes hoſtia velis?
Hoſnè refers omnes tellure fretoq; profectos, COR:
Intereà patrios qui ſeruant ergo penates?
Hîc quoq; non deerant generis ſplendore potentes, THYR:
Atq; viri virtute graues, ætate verendi,
Nec non conſilijs dextri, meritisq; celebres.
Ac quorum fuit antè fides, & cognita bello
Strenuitas: huius ſed belli tempore, cuncto
Delecti ex numero procerum, remanere, domiq;
Cuncta gubernare, & prudentum more iuuare
Abſentes ſocios, dubio in diſcrimine, iuſſi:
Hinc operam Domino ſemper præſtare fidelem.
Hos inter primas Oxorum auguſta propago Petrus Oxe,
Petrus habet partes, regniq; palatia ſeruat.
Huic Friſcæ ſtirpis decus et laus ſumma Iohannes Iohan. Frys.
Proximus eſt: Sequitur Petrus hũc ęterna ſuorũ Petr. Schram.
Gloria Schrammorum, meritis venerandus & (annis.
Quis non Otthonis virtutes obſecro nouit Ottho Krumpen
Krumpeni? vel non miretur maxima Magni Magnus Gyldenſtiern.
Geſta, micat rutili ſtella cui nomen ab auri?
Et tamen hic famam nihilominus auxit vterq;.
Hoc ſimul Eilhardus facit Hardenbergicus heros. Eilhardus Hardenberg.
Præſtat idẽ Byrgerus habens ſua ſtẽmata Trollis. Byrg. Trolle.
Nec non Nicoleos Longorum ſtrenua proles. Nico. Lange.
Se prodit, quantus fuit, indè Georgius, amplis Georgius
Lyckeus proauis, proprijsq; celebrior actis. Lycke.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Vernerus Pasberger.

Se quoq; Vernerus fidum Pasbergus agebat.
Compluresq; alij, fugiūt hoc tempore quorū (ſtris.
Nomina, quos honor, & titulus decorauit eque-
Quid tibi præterea reliquos memorabo celebri
Nobilitate viros, atq; integritate potentes?

Olaus Mūck.

Scilicet eſt ſoboles Munchorum qualis Olaus:

Abſalon Iull. Holgerus & Georgius Roſenkrantz.

Summa vel eſt Abslon clarorum fama Iulorum,
Qualis & Holgerus, qualisq; Georgius extant,
Florida queīs roſeum largitur nomina ſertum.

Petrus Bilde. Ottho Brahe,

Inſuper & Petrus, laus ſumma, et fama perēnis
Bildorū: immenſum pariter decus Otto Brahorū.

Biorno Kaas. Biorno Anderſon.

Adde etiam geminos Biörnones, alter alumnus
Kaâſorum ingenuus: veterum præclara ſed alter
Biornonum proles: virtute probatus vterq;.

Iohannes Sckougordt.

His (eſt dignus enim) pariter ſuperadde Iohannē,
Quo Schougardiacum meritò ſe ſtemma fatetur
Nobilius, iactatq; ſuæ virtutis honorem.

Nicolaus Kaas.

Deniq; Nicoleon ſimul annumerare decebit
Cui genus à Kaâſis, prudentia Pallade ſurgit,
Quemq; ſatis proprij commendat gloria facti.
Ni fieret, poſſem plures, mora longa, referre:
(Verùm quos alias) Sed qui iam nomine conſtant,
Atq; recenſitos terra, pelagoq;, domiq;,
Audiſti, fuit his induſtria tanta, fidesq;,
Tantus amor patriæ, belloq; ſcientia tanta,
Vt iam ſeruiſſent iterum vicinia nobis,
Id niſi cum ſuperis ſors inuidioſa negaſſet.
Sed quid ego fruſtra incuſo fatumq;, Deumq;,

Perfidiam

Perfidiam potius, fraudemq́; dolumq́; ſcelusq́;,
Deteſtaturus nigri, ſine fine, Menalcæ:
Qui vix in noſtros veſtigia fixerat agros,
Cum ſe, cum ſocijs iam prodere turpiter auſit.
Nectit namq́; moras, et idonea tempora differt:
Flagitat æſtiuo Brumalia frigora ſole,
Frigore Brumali ſed contrà æſtiua requirit
Tempora: Vere tener non ſufficit herba caballis,
Autumno hanc hoſtis maturam falce recîdit.
Paſtores alij cauſam ſtatuêre timorem,
Quo formidaret ſic hoſtes, atq; pericla:
Sed pars perfidiæ factum, technasq́; putabant.
Deſipit is, cauſam qui non concedit vtramq́;, COR:
Præcipuè poſtremam: etenim ſic fallere tempus
Eſt vetus aucupium: prolixo tempore namq́;
Militibus prolixa cadunt ſtipendia lentis.
Me Faunus, ſic eſt: id nunc ego cogito primùm: THYR:
Hinc eius tam ſegnis erat progreſſus in hoſtes,
Impiger at reditus: Sed ſic dum fallit, agitq́;
Seriò nil, volitat pernix occaſio, tantum
Fronte prehenſibilis: multi labuntur & anni:
Impediuntur & hinc fortunæ munera noſtræ.
Non tamen intereà Mars & Bellona quieſcunt,
Propoſitum ſed quisq́; ſuum vehementius vrget,
Inſtigando viros: is noſtros, illa propinquos,
Alternam in cædem, nec non ad mutua damna.
Vndè tot ærumnæ, tanta infortunia, totq́;
Caſus, queîs vidi non tempore triſtius vllo.

Nam præter ſtrages hominum miſerandaq; fata
Quos partim ſubitò violentus perculit enſis
Sed partim viuos hoſtilis ſurripuit vis,
Atq; ſequi vinctos alienas cogit in oras,
(Hinc & tot queruli pupilli, tot viduæq;,
Tot ſponſæ ſponſos, ſocij ſociosq; gementes)
Ipſæ etiam pecudes affligebantur, in ipſis
Quarum pars ſtabulis pereunt, pars diues abactæ
Præda manent hoſti, lanamq; cruore reſignant.
Parcitur haud minimis: vituli ſed ab vbere nec
E tepidis teneri rapiuntur ouilibus agni, (non
Aut, qui tota vßit magalia, ab igne vorantur.
Quid multis? amnes libauit nulla liquentes
Quadrupedum tutò, vel graminis attigit herbã.
Quin etiam tellus paßim cultoribus orba
Mœroris dat ſigna ſui, ſolitiq; decoris
Oblita, & fœcundæ fertilitatis, vbiq;
Aret, & ingenti luctus ſqualore laborat.
Proq; ſatis lolium, ſterilesq; reportat auenas,
Cum tribulo inuiſas filices, lappasq; tenaces,
Mordacesq; refert vrticas, atq; proteruos
Fungos, ignauos tapſos, & mille cicuta.
Proq; leguminibus vicias, erransq; papauer,
Titthymalos & Hyoſchiamos, redditq; liguſtrũ,
Innumerasq; alias inuiſi nominis herbas.
Et quia ſic fruges alimentaq; iuſta negantur
Illicò dira fames paulatim ſerpere cœpit:
Quæ dum tabe ſua, miſeros depaſcitur artus,

Plurima

Plurima damnoſos animalia cogit ad eſus,
Aſt alijs inopi ſoluit ieiunia morte.
Corpora fœda iacent ſyluis, agriſq; vijſq;,
(Nauſeo cõmemorans) graueolente fluentia tabo.
Hinc quoq; temperiem viroſam contrahit aura,
Peſtiferamq; luem, quæ diro millia multa
Infecit vicio, vel funere merſit acerbo.
Illa quidem noluit (ſed quid conamina proſunt
Morboſo, ne labe alios contaminet vndiq;)
Expirando luem gemuit, fleuitq; nocendo.
Deniq; quorſumcunq; oculos, animumq; reflexi
Nil niſi luctus erat, facieſq; miſerrima rerum,
Cumq; pauor plagis & plurima mortis imago.
Nec tantum tellus ita contriſtatur, & aër,
Sed ſimul vnda graues viſa eſt agitare querelas,
Quicquid & vnda tenet: Præſertim Suetica Te-
Fletibus auget aquas, fatũ miſerata ſuorũ, (thys
Bellonæ et Marti indignans mala plurima vouit:
Proq; ſuis virides extollit in aëra palmas,
Suppliciter triſtis, funditq; precantia verba:
Atq; ita: Pan reſidens ſuper alta theatra Lycei
Cunctipotente regens ſimul omnia numine rura,
Et quæ rura tenent. Precibus ſi flecteris vllis,
Hæc nunc vota rogo facili mea percipe ſenſu.
En, vt cum ſocia, vaſtat tua regna Gradiuus,
Nec ſceleri modus eſt horum, vel caſibus vllus
Illorum: & certè pereunt mox omnia, ſi non
Auxiliatricem porrexeris illicò dextram.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Reprime (nãq; potes) graſſantia reprime monſtra,
Atq; citò lapſis fer opem mitiſsime rebus.
Tunc tibi perpetua referetur gratia laude.
Propitia votum (tandem miſeratus) is hauſit
Aure: reluctantem fruſtra toruumq; tuentem,
Compedibus vincliſq; feris, mandauit vtrunq;
Conſtringi, & validè tenebroſo in carcere claudi:
Fertur inauditas luiturus ſanguine pœnas,
Ad Stygias viuus vel præcipitandus abyſſos.
COR: O ſceleris tanti verè digniſsima pœna.
THYR: Indè venenoſam purgauit ab aëre tabem,
Reſtituit terræ quoq; fertilitatis honorem,
Atq; vndis alacrem fluxum, vireſq; ſalubres.
Quin & ſepoſitis rixis armiſq;, ligauit
Mi Corydon, ambos concordi pace magiſtros.
COR: Fœdera finitimos igitur noſtratibus eſſe
Obſecro Thyrſi putas ſociatos nuper amico?
THYR: Sic eſt vt refero, ſed quid Pan egerit vltrà
Percipe, mox etiam vernas, reliquoſq; coëgit
Mauortis famulos, aruis excedere noſtris:
Tum ſi vidiſſes quam bracchi pondere tardi,
Et quam pro domino triſtes repſere fugati
Riſiſſes Corydon: non tunc velut antè gregatim
Incedunt tumidi, vel paſſus ponere certant:
Sed velut intrauit pinguem cum ſpurca culinam
Turba canum, ſtimulat quã fœda libido vorandi,
Atq; ibi iam prædas in opimas incidit, ô quam
Luxurit, ingluuieq; ſua non ſegniter inſtat,

Mutuò

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Mutuò gratatur nutu, caudaq́; triumphat.
Nec prius abſiſtit petulanti cuncta tumultu
Sternere, quàm cernat fuſtes & ſaxa volare,
Siue coci potius ferventes ſentiat vndas:
Crura tamen fugiens lentè mouet, atq; ſubinde
Reſpiciens, rictum lambit, caudamq́; ſub aluum
Abdit, & ob ſtomachi diſpendia flere videtur.
Haud ſecus hi noſtros flebant, & lentius ibant
Deſerturi agros, caput & perſæpe retorquent,
Hoc quaſi ſignantes: ô pinguia rura valete
Perpetuò vobis vtinam ſeruire liceret.
Viſa ſed illa fugam ſunt, accelerare iubere,
Quicquid & illa tenent: reliquorũ nomine, fures
Ite ſonat gallus, clamauit & anſer abite:
Quin & ab arboribus quarum ſpiramine frondes
Africus inflexit, via monſtrabatur, ad Orcum.
Non igitur dubium quin nunc meliora ſequãtur COR:
Tempora, cum Domino, pulſis nebulonibis iſtis.
O Corydon quis priſca modò reditura negabit THYR:
Secula? quæ fuerant Saturno ſceptra gerente,
In quibus vſus erat ferri non vllus (aratris
Seruiat id Corydon noſtris) ſed mollia gentes
Ocia ſecuri peragebant. omnia tellus
Sponte dedit, ſterilis Narciſſum protulit alnus,
Atq; roſas humilis fudit ſaliunca rubentes,
Lenta ſalix ficos, vernauit hibiſcus oliua,
Vulnificiq́; croco ſentes, vuisq; geniſtæ.
Floruit in teneris & nux moſchata myricis.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Aurea laticomam platanum quoq́; mala graua-
Nunc riui lactis, riui nunc nectaris ibant, (bant.
Flauaq́; de viridi fluxerunt ilice mella.
Tanta fuit cunctis etiam concordia brutis,
Nempe lupos ouis, ac inter vaga cerua leones,
Et vitulus rigidos vt tuto errauerit vrſos.
Cum canib. pauidæ ſteterintq́; ad flumina Damæ.
Inter & accipitres impunè volârit alauda,
Noctua cornices, auidos miluoſq; columba.
Quid multis? pleno fuit vndiq́; copia cornu,
Vndiq́; tuta quies, ac vndiq́; ſumma voluptas.
COR: Hæc ſiquidem reditura putas, nunc deniq́; Thyrſi
Deſino mirari te quid mutauerit ipſum
Et vultum geſtumq́; tuum, veſtiſq́; figuram:
Cur quoq; lætitiæ paßim tot ſigna dederunt
Omnia, quæ vidi rediens, ac auribus hauſi.
Lætior excelſas cecinit frondator ad auras,
Et volucrum lepido reſonabant omnia cantu.
Sunt quoq́; viſæ omnes agitare cacumina ſyluæ,
Atq; feræ celeri portendere gaudia ſaltu.
Et pecudum viridi grex luxuriauit in herba,
Nec non piſciculus liquidis ſaliebat in vndis.
Quin ſimul in vitreo ludentes amne ſequuntur
Naiades, et reliquæ glauca cum Doride Nymphæ.
Hinc quoq́; cantantes Dryades, virideſq́; Napææ,
Inter ſemicapros Faunos, Satyroſq́; bicornes,
Pallentes violas & grandia lilia cuncti
Quaſſantes, viridi & redimiti tempora pinu,
Leniter

Leniter in celſis feſtas duxêre choreas
Montibus, hæc animo fortaſſe futura tenentes:
Numina venturi nam non ſunt inſcia fati.
Nil dubium: ſtatuo melius tamen omnia noſtrum THYR:
Noſcere Pana, fluunt hæc, à quo, commoda nobis.
Hic mihi ſemper erit Deus, illius atq; quotannis
Agniculus noſtris è ſeptis imbuet aram
Sæpius, huicq; molis & lacte litabo recenti.
Et fuero ſi quando meæ per ſecula vitæ
Illius oblitus, fœdiſſima vipera noſtris
Sibilet in tumulis, defunctaq; deuoret oſſa.
Sed iam veſper adeſt, en ſera crepuſcula denſas
Inducunt nebulas, & gramina rore madeſcunt.
Surgamus, placidam ſuadet lux acta quietem,
Atq; vias facit infeſtas nox atrior, ergò
Eia age nobiſcum notas te confer ad ædes:
Cimbriacæ mihi ſunt pernæ, ſunt oua fauillis
Cocta, bouis tergum, pinguiſq; tomacula porci,
Caſeus, & lactis ſuauiſſima maſſa coacti.
Nec non in patulis liuentia pruna caniſtris,
Quæ mihi longinquis aduexit Porchius oris,
(Porchius antennas quo non velocior alter
Scandere ſublimes, prenſoq; rudente relabi)
Pomaq; cum nucibus: mecum precor illico perge,
Ne veterem Corydon agnatam deſpice Thyram.
Parerem, niſi nunc materni cum Galateæ COR:
Me deſiderium tecti tam grande vocaret,
Quæ conſtat tibi, tot me non vidiſſe per annos.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

THYR: *Attamen à nobis haud indonatus abibis,*
Hoc tibi, taurino ex neruo, ſed ſume flagellum
Inductum corio, nitidisq́ ex ordine clauis
Diſtinctum, quo ſæpè lupos proſternere Mœris
Atq́ ſuam indignè Grittam mulctare ſolebat.
COR: *En (ſit hebes licet) hac ſica te dono viciſsim,*
Qua ſe Slemloſſus, trux ac edentulus iſte,
Cornua cum ſumſit, Baccho ſtimulatus & ira,
Vlciſci in furnos, lapidesq́, & cymbia ſueuit.
Craſtina cum primum roſeis aurora quadrigis
Fulſerit, inuiſam mihi credito, iamq́ valebis
Thyrſi gregis cuſtos Cimbrorum gloria Thyrſi.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

EPITAPHIVM SERENISSIMI ATQVE CELEBRATISSIMAE MEMORIAE, DIVI CHRISTIANI III. DANORVM regis, ex hac vita ad æternam beatitudinem pijſsimè emigrantis, die I. Ianuarij, Anno 1559.

LVctus funde graues legens Viator,
Et vultū lachrymis repleto multis.
En mundi iubar, hac quieſcit vrna:
Europæ decus: Et columna, luxq́;
Danorum: Patriæ pater: Tonantis
Donum, progenies, piusq́; cultor.
Summus iuſticiæ thronus: fidelis
Portus Theſpiadum frequens, Dearum:
Sors quos perculerat procax, aſylum:
Concordis ſolium celebre pacis
Et Patrocinium: ſed ipſa Martis
Bello vis etiam, potente dextra
Pacis quando ſalus erat tuenda:
Manſuetudinis, & benignitatis,
Candoris, fidei, & probi ſacellum:
Quid? Vera ingenuè fatebor, hic hic
Virtus ipſa cubat, cubatq́; numen
Terræ quod prius à Ioue eſt tributum,

Sed

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Sed nunc arce poli Ioue eſt receptum.
Luctus ſiſte graues modò Viator,
Et regis requiem precare membris.

ALIVD
HOSPES ET THALIA.

HOSP: Dic Virgo, eia age dic, quem Parij (tegit
Moles hæc lapidis, Nam reuerentior,
Aut ſolennior, hoc, non mihi viſus eſt
Terris antè locus: Num celebres habet
Mauſoli exuuias? Amphitrionij?
Pelidisue? Deum ſiue propagine
Cuiusquam alterius? Gloria nam decet
Talis ſarcophagi cœlicolum genus
Et non terrigenos. THA: Quisquis es Hoſpes,
Vltrà magnificum deſine quæritans (hunc
Mirari tumulum: Deſine talibus
Hunc conferre viris, amplior omnibus
Qui virtute fuit: Stirpe, & honoribus
Laudis ſplendidior: Non precioſior
Ergo, & nobilior condecuit rogus?
Quantus ſed fuerit (quum tua geſtiat
Id mens ſcire) feram, compleat atrium
Phœbi vtrumq; licet nomine. HOSP: Commoror.
THA: Rex qui rege fuit cretus, ab inclytis
Et primas, atauis regibus, ac auis,
Tam celſi generis, traxit origines:
Quem Lybs, Indus, Arabs, Argolicus, Geta,

Trax, & Sauromatæ, Moſchoq; nouerant.
Tybris, quemq; Melas, Adria, Iordanis
Euphrates, Simois, Nilus, Arar, Tagus,
Ac his qui magis eſt orbe remotior,
Cuncti ſunt oculis, atq; ſtupentibus
Admirati animis. Qui ſimul omnia
Eoasq; plagas, atq; vbi Cynthius
Abdit purpureum fluminibus iubar,
Et quæ tarde tenes Arctophylax loca,
Nec non quæ madidus regna Notus premit,
Et fama, & titulis, antè repleuerat.
Quid? quem vix patulæ quiuerat orbita
Telluris capere, En clauditur hic modò
Anguſta nimium, proh dolor, vrnula.
HOSP: Verè perpetuos promeritum dies
Heroem memoras: Sed rogo quæ fuit
Eius cauſa necis, qui placuit Dijs
Mortaliq; gregi, cui placuit minus,
Tantum vt ſolus atrox arſerit in ſcelus?
THA: Quid non Parca ferox, hoſpes, & inuida
Tentat? non meritò, quæ tamen eſt minus
Summis æqua viris, Huic quoq; noxias
Non inferre manus deſtitit, attamen
Ipſi non alios, aſt alijs eum
(Cunctorum fuerit quum decus) inuidens.
HOSP. Ah, tantæ retinet cur violentiæ
Ius, tanti efficiens vt pereant viri?
THA: Quid narras? perijt? talia non decet

Hoſpes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Hoſpes verba feras, Improba nam poteſt
Talis Parca viri lædere corpora
Saltem, non animam, neſcia quæ necis
Contemtrixq́; manet ſecla per omnia.
Et vitæ fluido munere ſic licet
Is caſſus modò ſit, non periit tamen.
Namq́; ales, veluti, thurilegens Arabs
Quem Phœnica vocat, ſecula iugiter
Vitæ, in Cynnameis ducit odoribus,
Quæ demum igniuomis finit aromatis.
Sic is non aliter perpetuò, hic ſua
Aetas vt viguit, tempora degerat
Virtutum ambroſiis in redolentiis,
In queis tunc etiam deſeruit ſolum,
Naturæ, vtq; ſibi, cum quoq; gloriæ,
Vixiſſetq́; ſatis viuifico Deo.
Cum quo nunc ſuperis imperat in plagis
Mens eius, volitat fama perenniter
Orbe, & temporibus floret in omnibus.
HOSP: O eius, precor, in pace quieſcite
Oſſa, & purpureum ſpiret in vrnula
Vobis perpetuò Ver & amœnitas.

EPIGRAMMA.

Chriſto qui natus, Chriſto qui nomina traxit,
Ac totus Chriſto vixit, & eius erat:
In Chriſto vitæ metam claudensq́; ſupremam,
Cœlica cum Chriſto nunc quoq; regna tenet.

ELEGIA

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

ELEGIA
DE OBITV STRE-
NVI VIRI, SPLENDORE GENE-
ris atq; virtutis apprime nobilis, ERICI
PODEBVSK, de Kiörop ampliſs. Dn. Claudij
Regni Danici Senatorũ conſultiſs. filij: qui
in bello Dytmarſico fortiter dimicando
occubuit: Anno Domini 1559.
die 13. Iunij.

ÆAcides veluti primæuo in flore iuuentæ
Tunc primum Phrygio læſus ab hoſte pe
Vt multo Xantum, rapidum Simoëntaq; fecit (rit:
Sanguine Dardanidum ſæpè rubere virûm:
Ac vbi vindicibus cecidiſſent Pergama flammis,
Partus & Argolico Marte triumphus erat.
Conſimili Ericus vitam ratione profudit,
Quem Podebuſckorum ſtirps generoſa tulit.
Infeſtas etenim domuiſti quando Phalanges:
Inclyte Dytmaricis Rex Friderice plagis:
Inter præcipuos (procerûm quod pace fatebor)
Ipſius emicuit viſq;, fideſq;, Duces:
Acer & intrepidus contrà ferrumq;, locumq;,
Telaq; Brumali grandine plura, ruit.
Non vibrata mouent haſtarum turba, minæq;,
Nec quæ vipereo ſpicula ſelle micant:

Nil

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Nil remorante metu, ſed contrà audentius ibat,
Pro patria promtus fata ſuprema pati:
Haud ſecus ac Aiax, Troiana ad littora quondam,
Creditur Hectoreas non trepidaſſe faces.
Iamq́ à ſe fuſos luſtrabat victor aceruos,
Iamq́ tibi ſtimulus grex fugitiue fuit.
Nil ſed in humanis fauſti eſt durabile rebus,
Sed fera ſors rapido turbine cuncta rotat:
Lætaq́ in aduerſum commutat gaudia planctum,
Eſt & in illuſtres inuida, truxq́, viros:
Quid? nihil eximij diuturnum ſuſtinet eſſe,
Ergò nec Erico tempora longa ſinit:
Lugubris dictu, letho ſed mergit acerbo,
Intempeſtiua, proh dolor, idq́ vice:
Nam prope cum niueis eſſet victoria pennis
Lapſa per æthereas, & Ioue miſſa, vias:
Inq́ aciem noſtram placidiſsima lumina fixit,
Hoſtibus oppoſuit ſed minibunda pedem:
Et furit intereà validis Mars efferus armis,
Ac tonat horriſonis ferrea canna modis:
Fortè leues ex hoſte globus iaculatur in auras,
Irritus, heu talis non tamen ictus erat:
Verum fatali generoſum verbere pectus
Traijciens, mortis cauſa cruenta fuit.
Hinc medio in plauſu victricia caſtra gemiſcunt,
(Sic haud vlla ſuo læta dolore vacant:)
Ipſe etiam caſu rex eſt triſtatus in quo,
Et ſalſo roſeas [illegible] imbre genas.

Aſt

Aſt vbi ſollicitas charæ genetricis ad aures
Hæc tulit haud dubia, fama ſiniſtra, fide.
Protinus extremuit membris horrore ſolutis,
Ventilat Eſculeam lenis vt aura comam.
Eſt etiam ſubito tota externata dolore,
Semianimis gelido procubuitq; ſolo.
Mens demum vt rediјt laniat cum veſte capillos,
Atq; ferit triſti pectora mœſta manu.
Et largo vultum fletu ſuffuſa decorum,
Ingeminat querulo talia verba ſono:
Menè prius dulci ſatis eſſet coniuge caſſam,
Ni quoq; iam gnato Mars ſpoliaſſet atrox?
Quid miſerada querar, quũ tanto in vulnere tãtũ
Ah, mihi vulnus hiet? quid miſeranda querar?
Aſtraq; ſæua vocat, vocat & crudelia belli
Numina, fatales increpat atq; Deas.
Et ſua iam pariter ne rumpere ſtamina ceſſent,
(Tantam animi partem quum rapuêre) rogat.
Nec minus indoluit dilectus frater, & optat
Ut ſimul approperent vltima fata ſibi.
Ac ſua materno implicitantes brachia collo
Germanæ, affectant atq; queruntur idem:
Adijciunt gemitus, quales Calydonides olim
Dum plangunt cineres ô Meliagre tuos:
Aut Phaëtontiades cum Phœbi rector equorum
Eridani tumidis obrutus eſſet aquis.
Deniq; tota etiam miſcebat patria fletus,
Ipſumq; antè, refert, oppetijſſe diem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Non etenim exiguam de illo ſpem fouit, auita
Nam virtute, nihil, quod variaſſet, erat.
Maxima enim ſummum coluit pietate Tonantē,
Atq; fuit veri, iuſticiæq; tenax.
Summo Chriſte tuos affecit honore miniſtros,
Quotquot & Aonijs fouit Apollo iugis.
Paupertatis onus, quos & ſors inuida merſit,
Auxiliatrici ſpontè leuauit ope:
Integer & vitæ, ſceleris purusq;, frequenter
Inſtituit mores & ſine labe ſuos.
Non magè facundus, prudens, comiſue, benignus,
Atq; fide, & meritis amplior alter erat.
Adde tot eximiæ pulcherrima munera formæ,
Quot vix ipſe fuit conſpiciendus Hyas:
Cederet & Nireus, nec non formoſus Iaſon,
Turnus, & Eurialus, Pyramus, atq; Phao.
Ergo ipſum tacitis ſibi votis quæq; petiuit
Legitimo ſocium fœdere, Nympha, thori.
Hei mihi quod cunctas ea ſpes, votumq; fefellit,
Et deſiderium prorſus inane fuit.
Sed dolor & lachrymæ ceſſent, Ericus opima
Intulit æthereo namq; trophæa polo.
Ipſius exuuiæ tantum, tellure quieſcunt,
Inclyta perpetuo tempore fama viget.

Epitaphium eiuſdem.

Dania me genuit: Dithmarſia ſuſtulit: oſſa
Rensburgum, mentem celſa ſed aſtra tenent.

Diſtichon

Diſtichon annum obitus ipſius continens.

DanICVs InfeſtIs fLos eſt ſVCCIſVs In agrIs,
CVIVs aD eXeqVIas qVæLIbet herba rVat.

EPITAPHIVM IOANNIS *Rodtfeldt viri nobilis & ſtrenui.*

Ingens nobilium decus
Rodtfeldiq; decor ſanguinis, hoc cubat
Ioannes tumulo, fera
Quem mors ante diem ſuſtulit, Ut ſenis
Dignus ſecula Neſtoris
Eſſet viuere; Sic eximium diu
Hæc, heu, beſtia nil ſinit.
Cum luctu lachrymas ſed cohibe graues
O Chriſtina, nitens tuis
Laus, & fœminei gloria nominis:
Nam non diſperijt tuus
In terris licèt hic viuere deſijt
Germanus; ſuperis enim
In regnis, animas inter agens pias,
Vera quem coluit fide
Hîc dum vita fuit, ſaluifici frequens
Conſpectu fruitur DEI:
Huic nos rurſus vbi conſociabimur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

EPITHAPHIVM IOHANNIS Torbernij Patricij Ripenſis.

QVanto Troia fuit dolore quondam
Anguſtata, iaces vt Hector, ictu
Confoſſus frameæ feri cruentæ
Pelidæ: gemitu pariq; fletu
Ripis Cimbrigenæ corona terræ
Eſt concuſſa: cadit iuuentæ vt annis
Hic, extra patrias alumnus oras.
Miraturq; gemens, vicemq; deflet
Iniuſtam, quia ſic dolus furorq;
Heu vita ſpoliando ſternit, vnquam
Vim qui non metuit, dolumue fecit.
Sed nil cura iuuat, nihil querelæ
Neſcit præteritum redire fatum.
Nec, vitam tamen ille perdidit, ſed
Mutauit modò, liberatus huius
A carnis vitijs, grauiq; vinclo,
Et mundi varijs malis proterui.
Nam viuens animas beatiores
Inter, perpetuis ouat triumphis,
Victrix ante DEVM fides quod eius
In terris meruit: Quieſcat ergo
Corpus, fama frequens in orbe duret:
Quam multo quoq; fac nepote creſcat
O Chriſte, & ſtabili bea ſalute.

EPITHAPHIVM LAMBERTI
Iacobei Senatoris Ripenſis.

ARida Lamberti locus hic habet oſſa Iacobj,
Natalis clarus qui fuit vrbis honos.
Teſtatur virtus, & opes, teſtantur honores,
Et deſiderium Ripis amœna tuum.
At non morte perit, benè qui prius egerat æuum
Fama homines viuit, mente ſed ante DEVM.

EPITHAPHIVM VSIAE
Torberniæ, matronæ Ripen-
ſis honeſtiſſimæ.

COnquerar aut ſileã tua fata nouiſſima, mente
Voluens? quæ miſeri plena ſtuporis erant.
Anne tui ſtatuam fati ſacra numina cauſam,
Aut homines, auſus Dæmone dante faces?
Nam mihi quando ſubit triſtiſſima mortis imago,
Qua decore & vita ſic ſpoliata iaces:
Sublatam ſtygia, ratio mihi ſuggerit arte,
Mens tamen econtra credere ſæpè iubet.
Præſertim quoties recolo tua vota, precesq;,
Et Chriſti in meritis, inq; ſalute fidem.
Signa ſacrum quæ ſunt flatum manifeſta fuiſſe
Præſentem tibi, quem Tartara tota tremunt.
Ergò prius vitam tibi qui dedit, abſtulit idem,
Reddere in extremo vultq; poteſtq; dic.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Tunc quicunq; pijs crudelibus obſuit auſis,
Percipiet meritis præmia digna ſuis.
Cum tu cœlicolis maneas permiſta beatis,
Hos coquat æternis dira Gehenna rogis.

EPITAPHIVM MARIAE IVſtinæ Iohannis Petrei, Chirurgi Ripenſis peritiſſ: coniugis deſideratiſsimæ.

VIm mortis medicam ſi fortè quis autumet ar
Tollere, vel longa fallere poſſe mora. (tem
Se falli, proprio didiciſſet iudice ſenſu,
Spectaſſet fatum quandò Maria tuum.
Nam ſi Phœbea potuiſſet ab arte leuari,
Supremum clauſit quæ tibi plaga diem.
Herba ſalutiferis, operoſaue pharmaca ſuccis,
Pæonium deerat cura nec vlla virûm.
Quin tuus ipſe thori ſocius ſaluaſſet, vt antè
Phœbea multos à nece traxit ope.
Ipſius ergò fidem ſibi regia corpora poſcunt
Quæ iuuat, at labor hic omnis inanis erat.
Nam cùm Chriſte iubes vitalem reddere flãmam,
Impedit arbitrium nulla medela tuum.

EPI-

Epigramma

MELCHIORIS STEINBERG SILESII AD M. IOH. AMERIN.

CArmina, Muſarum comites, finxêre, Poëtæ,
Non ſine diuinæ mentis & artis ope.
Namq; DEVM è cœli ſpecie, rerumq́; figura,
Tum vice naturæ nobilis, eſſe docent.
Iuraq́; virtutum; rectà quibus itur ad aſtra;
Inſinuant, doctis, menti oculisq́; iocis.
Ergo quæ meritis illorum præmia reſtant?
Fama ſolo, diuûm nomen honorq́; polo.
Muſa mori neſcit: qua cum, tua, docte Iohannes,
Mens quoq́; Parnaßi culmina montis adit.
Durum iter: ac tanto merces numeroſa labori
Contigit: Heroum dum canis acta virûm.
Cepta tene: ſperata feres: tibi Regia Phœbi;
Digne vir hîc Lauro, te velut ipſa; patet.

Finis libri primj.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Errata quæ inter excudendum ir-repſere, beneuolus lector ſic corriget.

A 3: *in fine Elegiæ, lege per M. Samuelem &c.*
B 4: *Pagina* 1. *verſu* 13. *lege at.*
B 7. *p.* 2. *V* 8. *l. Phæbi.*
B 8. *p.* 1. *V vltimo l. feris.*
C 2. *p.* 1. *V* 15. *l.* Nicolei.
D 1: *p.* 2: *V* 5. *l. Lyceum.*
D 4: *p.* 1: *V* 7: *l. Cretæa.*
D 5: *p.* 1: *lin.* 4: *l.* Ripenſem.
F 4: *p.* 1: *V* 19. *l. equidem.*
F 7: *p.* 1: *V* 15: *l. nigrore.*
F 8: *p.* 1: *V* 16: *l. tuamq́;.* *Ibidem p.* 2: *V* 5. *pro quem l cui.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 348 8° copy 1